§ 1.—De aquel a quien uno le dió la jurisdicción no se apelará al mismo; porque en general, de aquel a quien se le dió la jurisdicción se habrá de apelar al que se apelaría del que dió la jurisdicción.

(5) non, considérase añadida por antiguos copistas.

(6) Papinianus, Vulg.

(7) árbitris, Hal.

2. VENULEIUS SATURNINUS *libro II. de officio Proconsulis.*— Appellari a legatis Proconsul (1) potest; et si multam dixerit, potest de iniquitate eius Proconsul cognoscere, et quod optimum putaverit, statuere.

3. MODESTINUS *libro VIII. Regularum.*— Dato iudice a magistratibus Populi Romani cuiuscunque ordinis, etiamsi ex auctoritate Principis, licet nominatim iudicem declarantis, dederint, ipsi tamen magistratus appellabuntur.

TIT. IV

QUANDO APPELLANDUM SIT, ET INTRA QUAE
TEMPORA

[*Cf. Cod. VII. 63.*]

1. ULPIANUS *libro I. de Appellationibus.*—Si quidem in insulam deportandum adnotaverit Praeses provinciae, et Imperatori scripserit (2), ut deportetur, videamus, quando sit provocandum, utrum quum Imperator scripserit, an quum ei scribitur. Et putem, tunc esse appellandum, quum recipi eum Praeses iubet, sententia prolata imperatori scribendum, ut deportetur. Ceterum verendum est, ne sero sit, ut tunc provocetur, quum Imperator insulam ei assignaverit; comprobata enim sententia Praesidis tunc solet insulam assignare. Rursus illud verendum est, si mendaciis apud Principem oneravit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi viam provocandi. Quid ergo est? Recte dicetur humanitate suggerente, ut et hoc, et illo tempore non frustra provocaretur, quia non adversus Principem, sed adversus iudicis calliditatem provocavit. Simili modo et in decurione erit probandum, quem punire sibi Praeses permittere non debet, sed recipere eum in carcerem, et Principi scribere de poena eius.

§ 1.—Si quis tutor datus fuerit vel testamento, vel a quo alio, qui ius dandi habet, non oportet eum provocare; hoc enim Divus Marcus effecit; sed intra tempora praestituta excusationem allegandam habet, et si fuerit repulsa, tunc demum appellare debet; ceterum ante frustra appellatur.

§ 2.—Alia causa est eorum, qui ad aliquod munus vel honorem vocantur, quum dicant, se habere excusationem; nam non aliter allegare possunt causas immunitatis suae, quam si appellationem interposuerint.

§ 3.—Solent plerumque Praesides remittere ad ordinem nominatum, ut Caium Seium creent magistratum, vel alius quis honor vel munus in eum conferatur; utrum igitur tunc appellandum est, quum ordo decretum interposuerit, an vero a remissione, quam Praeses fecerit, appellatio sit interponenda? Et magis est, ut tunc sit appellandum, quum ordo decreverit; magis enim consilium dedisse Praeses videtur, quis sit creandus, quam ipse constituisse; denique ipse erit appellandus, non ab eo provocandum.

§ 4.—Sed et si praeses in ordine fuerit, ut fieri

(1) Proconsulis, *Hal. Vulg.*

2. VENULEYO SATURNINO; *Del Cargo de Proconsul, libro II.*— Se puede apelar de los legados al Proconsul; y si hubiere impuesto multa, puede el Proconsul conocer de la injusticia de la misma, y determinar lo que juzgare mejor.

3. MODESTINO; *Reglas, libro VIII.*— Del juez nombrado por magistrados del pueblo romano de cualquier orden, aunque lo hubieren nombrado con la autoridad del Principe, que designó expresamente el juez, se apelará, sin embargo, á los mismos magistrados.

TÍTULO IV

DE CUÁNDO SE HAYA DE APELAR, Y DENTRO DE QUÉ
TÉRMINOS

[*Véase Cód. VII. 63.*]

1. ULPIANO; *De las Apelaciones, libro I.*—Si verdaderamente el Presidente de la provincia hubiere anotado á uno para ser deportado á una isla, y hubiere escrito al Emperador para que fuese deportado, veamos cuándo se haya de apelar, si cuando hubiere escrito el Emperador, ó cuando se le escribe. Y yo opinaría, que se ha de apelar cuando el Presidente manda que sea puesto en prisión, habiendo proferido sentencia para escribirle al Emperador, á fin de que sea deportado. Pero se ha de temer que no sea tarde para apelar, cuando el Emperador le hubiere asignado la isla; porque suele asignar la isla después de aprobada la sentencia del Presidente. A su vez se ha de temer, si abrumó con mentiras ante el Principe al que él trabajaba para que fuese deportado, que se le cierre á éste el camino para apelar. Luego ¿qué se dirá? Con razón se dirá por aconsejarlo la humanidad, que no inútilmente se apelaría así en uno como en otro tiempo, porque no apeló contra el Principe, sino contra la malicia del juez. Del mismo modo se habrá de aprobar también tratándose de un decurión, á quien el Presidente no debe permitirse castigar, sino que debe reducirlo á prisión, y escribir al Principe sobre la pena del mismo.

§ 1.—Si alguno hubiere sido nombrado tutor ó en testamento, ó por uno cualquiera que tuviese derecho para nombrarlo, no debe él apelar; porque esto dispuso el Divino Marco; pero tiene que alegar su excusa dentro del término prefijado, y solamente si hubiere sido rechazada, deberá entonces apelar; mas antes se apela en vano.

§ 2.—Otra es la situación de los que son llamados á algún cargo ú honor, cuando dicen que ellos tienen excusa; porque no pueden alegar de otro modo las causas de su inmunidad, sino si hubieren interpuesto apelación.

§ 3.—Suelen las más de las veces los Presidentes remitir el nombramiento al orden, para que creen magistrado á Cayo Seyo, ó para que á éste se le confiera algún honor ó cargo; así, pues, ¿se ha de apelar cuando el orden hubiere expedido el decreto, ó se habrá de interponer la apelación contra la remisión que hubiere hecho el Presidente? Y es más cierto que se habrá de apelar cuando el orden hubiere dado el decreto; porque más bien parece que el Presidente dió consejo para que uno fuera nombrado, que no que él mismo lo nombró; y finalmente, se deberá apelar á él, y no se ha de apelar de él.

§ 4.—Mas también si el Presidente fuere del or-

(2) Imperator rescripserit, *Vulg.*

assolet, quum ab ordine crearetur quis, ipse erit provocandus, quasi ab ordine, non ab ipso fiat appellatio.

§ 5.—Biduum vel triduum appellationis ex die sententiae latae computandum erit. Quid ergo, si sententiae fuerit sub conditione dicta, utrum ex die sententiae (1) tempus computamus ad appellandum, an vero ex die, quo conditio sententiae extitit? Sane quidem non est sub conditione sententia dicenda, sed si fuerit dicta, quid fiet? Et est utile, statim tempora ad appellandum computari debere.

§ 6.—Quod in sententiis praeceptum est, ut vel altera die, vel tertia provocetur, hoc etiam in ceteris observandum, ex quibus sententia quidem non profertur, appellari tamen oportere et posse, supra relatum est.

§ 7.—Dies autem istos, quibus appellandum est, ad aliquid utiles esse, Oratio Divi Marci voluit, si forte eius, a quo provocatur, copia non fuerit, ut ei libelli dentur; ait enim: is dies servabitur, quo primo adeundi facultas erit. Quare si forte post sententiam statim dictam copiam sui non fecerit is, qui pronuntiavit, ut fieri assolet, dicendum est, nihil nocere appellatori; nam ubi primum copiam eius habuerit, poterit provocare. Ergo si statim se subduxit, similiter subveniendum est.

§ 8.—Quid igitur, si conditio horae effecit, ut se reciperet, si forte dicta sit sententia iam suprema hora? Utique non videbitur se subtraxisse.

§ 9.—Adeundi autem facultatem semper accipimus, si in publico sui copiam fecit; ceterum si non fecit, an imputetur alicui, quod ad domum eius non venerit, quodque in hortos non accesserit, et ulterius, quod ad villam suburbanam? Magisque est, ut non debeat imputari; quare si in publico eius adeundi facultas non fuit, melius dicetur, facultatem non fuisse adeundi.

§ 10.—Si quis ipsius quidem, a quo appellavit, adeundi facultatem non habuit, eius autem, (2) quem appellavit, habeat copiam, videndum est, an ei praescribi possit, quod eum non adierit. Et hoc iure utimur, ut, si alterutrius adeundi fuit copia, praescriptio locum habeat.

§ 11.—In propria causa biduum accipitur; propriam causam ab aliena quemadmodum discernimus? Et palam est, eam esse propriam causam, cuius emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet.

§ 12.—Quare procurator, nisi in suam rem datus est, tertium diem habebit; in suam autem rem datus magis est, ut alteram diem observet; at si in partem proprio nomine, in partem pro alieno litigat, ambigi potest, utrum biduum, an triduum observetur; et magis est, ut suo nomine biduum, alieno triduum observetur.

§ 13.—Tutores, item defensores rerum publicarum, et curatores adolescentium vel furiosi tertium

den, como suele suceder, cuando por el orden hubiere sido nombrado alguno, se habrá de apelar a él mismo como si del orden, no de él mismo, se hiciera la apelación.

§ 5.—Los dos ó los tres días de la apelación se habrán de computar desde el día en que fué proferida la sentencia. Luego ¿qué se dirá, si la sentencia hubiere sido dictada bajo condición? ¿Computamos acaso el término para apelar desde el día de la sentencia, ó desde el día en que se cumplió la condición de la sentencia? Ciertamente que no se ha de pronunciar sentencia bajo condición, pero si se hubiere dictado ¿qué se hará? Y es útil, que se deba computar desde luego el término para apelar.

§ 6.—Lo que se preceptuó respecto á las sentencias, para que se apele dentro del segundo ó del tercero día, se ha de observar también en cuanto á las demás resoluciones en virtud de las que no se profiere ciertamente sentencia, pero respecto de las que se dijo arriba que se debía y se podía apelar.

§ 7.—Mas una Oración del Divino Marco quiso que estos días, en que se ha de apelar, fueran útiles para alguna cosa, si acaso aquel de quien se apela no estuviere visible para que se le den los libelos; porque dice: este término se observará desde el primer momento en que hubiere habido posibilidad de presentarse al juez. Por lo cual, si acaso inmediatamente después de dictada la sentencia no hubiere dado posibilidad de que se le viera el que la pronunció, como suele suceder, se ha de decir que en nada le perjudica al apelante; porque tan pronto como tuviere la posibilidad de verlo podrá apelar. Luego si inmediatamente se ocultó, se ha de prestar del mismo modo auxilio.

§ 8.—¿Qué se dirá, pues, si lo avanzado de la hora hizo que él se retirase, por ejemplo, si la sentencia hubiera sido pronunciada á última hora? Ciertamente no se considerará que él se substraiga.

§ 9.—Mas entendemos siempre que hay posibilidad de presentarse al juez, si éste se dejó ver en público; pero si no se dejó ver, ¿se le imputará á alguien que no haya ido á su casa, y que no se haya acercado á sus huertos, y aun más allá, á su casa de campo en los suburbios? Y es más cierto que no se le deba imputar; porque si no tuvo posibilidad de dirigirse á él en público, más bien se dirá que no tuvo posibilidad de dirigirse á él.

§ 10.—Si alguno no tuvo ciertamente posibilidad de presentarse á aquel de quien apeló, pero la tuviera para presentarse á aquel á quien apeló, se ha de ver si se le podrá oponer la prescripción porque no se le hubiere presentado. Y observamos este derecho, que, si hubo posibilidad de presentarse á uno ó á otro, tiene lugar la prescripción.

§ 11.—En causa propia se tienen dos días; y ¿de qué modo distinguimos la causa propia de la ajena? Y es evidente, que es propia la causa cuyo emolumento ó daño pertenece á alguien en nombre propio.

§ 12.—Por lo cual el procurador, si no fué nombrado en causa propia, tendrá tres días; pero nombrado para negocio suyo es más cierto que se atenderá á los dos días; mas si litiga en parte en nombre propio, en parte en el de otro, se puede dudar si se observará el término de dos, ó de tres días; y es más cierto que en su nombre se observe el de dos, y en el de otro el de tres.

§ 13.—Los tutores, y también los defensores de negocios públicos, y los curadores de los adoles-

(1) latae, insertan Hal. Vulg.

(2) ad, insertan Hal. Vulg.

diem habere debent idcirco, quia alieno nomine appellant. Ex hoc apparet, tertio die provocandum defensori, si modo quasi defensor causam egit, non suo nomine, quum obtentu alieni nominis suam causam agens tertio die appellare possit.

§ 14.—Si quis suspectum tutorem faciens non obtinuerit, appellare eum intra triduum debere, Iulianus libro quadragesimo (1) Digestorum scripsit, profecto quasi pupilli defensorem.

§ 15.—Si adversus absentem fuerit pronuntiatum, biduum vel (2) triduum, ex quo quis scit, computandum est, non ex quo pronuntiatum est. Quod autem dicitur, absentem posse provocare, ex quo scit, sic accipit (3), si non in causa per procuratorem defensus est; nam si ille non provocavit, difficile est, ut hic audiatur.

2. MACER libro I. de Appellationibus. — Si procuratorio nomine egeris, et victus appellaveris, deinde iniusta appellatio tua fuerit pronuntiat, potest dubitari, num secundo die appellare debeas, quia, quum de tua appellatione iniusta pronuntiatum sit, tua interfuisse videtur. Sed rectius dicitur, tertia die appellare te posse, quia nihilominus alienam causam defenderis.

§ 1.—Sed si alius, quam qui iudicio expertus est, appellet, qualis est, cuius interest, an etiam tertia die appellare possit, videamus. Sed dicendum est, secunda die appellare eum debere, quia (4) verum est, eum suam causam defendere (5). Contrarium ei est, si dicat, idcirco sibi licere intra triduum appellare, quia videtur quasi alieno nomine appellare, quando (6), si velit causam suam alienam videri, senet ipsum excludit, quia in aliena causa ei, qui iudicio expertus non est, appellare non liceat.

§ 2.—Si is, qui ex libertinitate in ingenuitatem se defendebat, victus appellare omiserit, an pater eius appellare possit, maxime si dicat, eum in potestate sua esse, quaeritur; sed si potest, quod magis probatur, secunda die, ut propria causa appellare debet.

§ 3.—Si pro eo, qui capite puniri iussus est, necessaria persona appellet, an tertia die audiri possit, Paulus dubitat. Sed dicendum est, hanc quoque personam, ut in propria causa, secunda die appellare debere, quia qui sua interesse dicit, propriam causam defendit.

3. IDEM libro II. de Appellationibus. — Illud videamus, si, quum Imperatori scriberetur, exemplum literarum litigatori editum sit, neque is appellaverit, et postea contra eum rescriptum sit, an appellare a literis pridem sibi editis possit, quia qui tunc non appellavit, vera esse, quae scripta sunt, consensisse videtur; nec audiendus est, si dicat, eventum rescripti sacri se sustinuisse.

centes ó del furioso deben tener tres días, por esto, porque apelan en nombre de otro. Resulta de aquí, que dentro de tercero día se ha de apelar por el defensor, si sostuvo la causa como defensor, no en su propio nombre, porque el que sostiene su propia causa bajo la apariencia del nombre de otro puede apelar dentro del tercero día.

§ 14.—Si alguno acusando de sospechoso á un tutor no hubiere vencido, escribió Juliano en el libro cuadragesimo del Digesto, que debía apelar dentro de tercero día, ciertamente como defensor del pupilo.

§ 15.—Si se hubiere fallado contra un ausente, se han de computar los dos ó los tres días desde que aquél lo sabe, no desde que se falló. Mas lo que se dice, que el ausente puede apelar desde que lo sabe, entiéndase de este modo, si en la causa no fué defendido por procurador; porque si éste no apeló, es difícil que él sea oído.

2. MACER; De las Apelaciones, libro I. — Si á título de procurador hubieres ejercitado la acción, y, vencido, hubieres apelado, y después hubiere sido declarada injusta tu apelación, se puede dudar si deberás apelar dentro de segundo día, porque, habiéndose fallado respecto á tu injusta apelación, parece te interesó á tí. Pero con más razón se dirá que puedes apelar dentro de tercero día, porque, ello no obstante, defiendes una causa ajena.

§ 1.—Pero si apelara otro que el que ejercitó la acción, como es aquel á quien le interesa, veamos si podrá apelar también dentro de tercero día. Mas se ha de decir, que éste debe apelar dentro de segundo día, porque es verdad que él defiende su propia causa. Contrario le es si dijera, que le es lícito apelar dentro de tercero día porque parece como que apela en nombre ajeno, pues, si quisiera que se considerase ajena su propia causa, él se excluye á sí mismo, porque en causa ajena no le es lícito apelar al que no ejercitó acción.

§ 2.—Si, vencido el que del estado de libertino se defendía como ingénuo, hubiere dejado de apelar, se pregunta si podría apelar su padre, principalmente si dijera que aquél estaba bajo su potestad; pero si puede, que es lo que se aprueba como mejor, debe apelar dentro de segundo día, como en causa propia.

§ 3.—Si por el que fué condenado á pena capital apelara algún pariente, duda Paulo si podría ser oído dentro de tercero día. Pero se ha de decir, que también esta persona debe apelar, como en causa propia, dentro de segundo día, porque el que dice que le interesa defiende su propia causa.

3. EL MISMO; De las Apelaciones, libro II.—Veamos, si, cuando se le escribiese al Emperador, y se le hubiera mostrado al litigante copia de la carta, y él no hubiere apelado, y después se hubiera resuelto por rescripto contra él, podrá él apelar de la carta mostrada antes á él, porque el que entonces no apeló parece que consintió en que era verdad lo que se escribió; y no ha de ser oído, si dijera que él esperó al resultado del sacro rescripto.

(1) libro X., *Vulg.*

(2) vel, *considerase añadida por antiguos copistas.*

(3) *accipimus, Hal. Vulg.*

(4) *Taur. al márgen; qua, el mismo en el texto.*

(5) *Taur. según la escritura original; Et, inserta la corrección del códice Fl., Br.*

(6) *quoniam, Vulg.*

TIT. V

DE APPELLATIONIBUS RECIPIENDIS (1), VEL NON
[Cf. Cod. VII. 65.]

1. ULPIANUS libro XXIX. ad Edictum. — Non solent audiri appellantes, nisi hi, quorum interest, vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratum habetur.

§ 1.—Sed et quum mater filii rem sententia ever-
sam animadverteret, provocaverit, pietati dans, di-
cendum (2) est, et hanc audiri debere; et si litem
praeparandam curare maluerit, intercedere non
videtur, licet ab initio defendere non potest.

2. SCAEVOLA libro IV. Regularum. — Ante sen-
tentiam appellari potest, si quaestionem in civili
negotio habendam iudex interlocutus sit, vel in
criminali, si contra leges hoc faciat.

3. PAULUS libro singulari Regularum.—Intra tri-
duum appellare licet ei, qui de suspecto tutore egit,
victusque appellat.

4. MACER (3) libro I. de Appellationibus.—Eius,
qui ideo causam agere frustratur, quod dicit, se
libellum Principi dedisse, et sacrum Rescriptum
expectare, audiri desiderium prohibetur; et si ob
eam causam provocaverit, appellatio eius recipi,
sacris Constitutionibus vetatur.

5. ULPIANUS libro IV. de Appellationibus. — Ei,
cuius appellatio non recipitur, sufficit, si possit
dicere, appellationem suam non esse receptam;
quod quaque (4) ratione doceat, admittetur eius
appellatio.

§ 1.—Non recepta autem appellatione, si quidem
Principem appellari oportuit, Principi erit suppli-
candum; sin vero alius appellabatur, quam Prin-
ceps, ille erit adeundus.

§ 2.—Sed et si quid aliud post receptam appella-
tionem impedimento factum fuerit, eum adiri opor-
tet, quem appellare quis debet.

§ 3.—Plane si appellatione non recepta non ipsum
adierit, quem debuit, sed Principem, pro eo habe-
bitur, atque si is aditus esset (5), qui adiri de-
buit; idque Rescriptis Imperatoris nostri Antonini
declaratur.

§ 4.—Plane si alium pro alio adiit, non Prin-
cipem, nihil ei hic error proderit, licet non videatur
cessasse.

§ 5.—Intra constituta autem appellatoria tempo-
ra debet is, cuius appellatio non est recepta, vel
competentem iudicem, vel Principem adire.

6. MACER (6) libro II. de Appellationibus.—
Sciendum est, quum appellatio non recipitur, praeci-
pi sacris Constitutionibus, omnia in eodem statu
esse, nec quidquam novari, etiamsi contra fiscum
appellatum sit; eumque, qui appellationem non re-
ceperit, opinionem suam confestim per relationem
manifestare, et causam, pro qua non recepit appel-

TÍTULO V

DE LAS APELACIONES QUE SE DEBEN, Ó NO, ADMITIR
[Véase Cod. VII. 65.]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIX.*
— No suelen ser oídos como apelantes, sino aque-
llos á quienes les interesa, ó á quienes se les dió
mandato, ó los que son gestores de negocio ajeno,
que después se tiene por ratificado.

§ 1.—Pero si también cuando la madre conside-
rase perjudicado con la sentencia un negocio de su
hijo hubiere apelado movida á piedad, se ha de decir
que ella ha de ser oída; y si hubiere preferido cui-
darse de preparar el litigio, no se considera que es
fiadora, aunque no puede defender desde el principio.

2. SCAEVOLA; *Reglas, libro IV.*— Se puede apelar
antes de la sentencia, si el juez hubiera dictado
sentencia interlocutoria para someter al tormento
en negocio civil, ó criminal, si esto lo hiciera con-
tra las leyes.

3. PAULO; *Reglas, libro único.*— Al que ejercitó
la acción de tutor sospecho, y vencido apela, le es
lícito apelar dentro de tercero día.

4. MACER; *De las Apelaciones, libro I.*— Está
prohibido que se oiga la pretensión del que demora
defender su causa, porque dice que él entregó li-
bello al Príncipe, y espera un sacro rescripto; y si
por esta causa hubiere apelado, se veda en las sa-
cras Constituciones que sea admitida su apelación.

5. ULPIANO; *De las Apelaciones, libro IV.*— A
aquel cuya apelación no es admitida le basta, si
pudiera decirlo, que no le fué admitida su apela-
ción; y si esto lo probara de alguna manera, se le
admitirá su apelación.

§ 1.—Mas no habiéndose admitido una apelación,
si verdaderamente se debió apelar al Príncipe, se
habrá de suplicar al Príncipe; pero si se apelaba á
otro que al Príncipe, se habrá de recurrir á aquél.

§ 2.—Mas también si después de admitida la ape-
lación se hubiere hecho alguna otra cosa por vía
de impedimento, se debe recurrir á aquel á quien
uno debe apelar.

§ 3.—Mas si no habiéndose admitido la apela-
ción uno no hubiere recurrido al mismo á quien
debió, sino al Príncipe, se considerará lo mismo que
si se hubiese recurrido al que se debió recurrir; y
esto se declara en rescriptos de nuestro Empera-
dor Antonino.

§ 4.—Pero si por uno recurrió á otro, no al Prin-
cipe, de nada le aprovechará este error, aunque no
se considere que dejó de apelar.

§ 5.—Mas aquel cuya apelación no fué admitida
debe dirigirse dentro del término establecido para
la apelación ó al juez competente, ó al Príncipe.

6. MACER; *De las Apelaciones, libro II.*— Se ha
de saber, que, cuando la apelación no es admitida,
se preceptúa en las sacras Constituciones, que todo
quede en el mismo estado, y que no se innove cosa
alguna, aunque se haya apelado contra el fisco; y
se dispone en los mandatos, que el que no hubiere
admitido la apelación manifieste inmediatamente

(1) *Taur.*; RECIPIENDIS, el código Fl., Br.
(2) *Taur.* según corrección del código Fl.; dandicendum,
la escritura original, Br.; dand dicendum, el código citado
por Geb.

(3) *Marcellus, Vulg.*
(4) *quacunqve, Vulg.*
(5) *Vulg.*; est, el código Fl.
(6) Véase la nota 2.

lationem, eiusque exemplum litigatori edere debere, mandatis cavetur.

7. PAULUS libro singulari de Appellationibus.— Si res dilationem non recipiat, non permittitur appellare, veluti ne (1) testamentum aperiatur, ut Divus Hadrianus constituit, ne frumentum in usum militum in annonae subsidia contrahatur, neve scriptus heres in possessionem inducatur.

§ 1.—Item si ex perpetuo Edicto aliquid decernatur, id quominus fiat, non permittitur appellare.

§ 2.—Item quominus pignus vendere liceat, appellari non potest.

TIT. VI

DE LIBELLIS DIMISSORIIS, QUI APOSTOLI DICUNTUR

MARCIANUS (2) libro II. de Appellationibus.— Post appellationem interpositam literae dandae sunt ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, sive Principem, sive quem alium; quas literas dimissorias sive apostolos appellat.

§ 1.—Sensus autem literatum talis est: appellasse, puta, Lucium Titium a sententia illius, quae inter illos dicta est.

§ 2.—Sufficit autem petiisse intra tempus dimissorias instanter et saepius, ut, etsi non accipiat, id ipsum contestetur; nam instantiam repetentis (3) dimissorias Constitutiones desiderant. Aequum est igitur, si per eum steterit, qui debebat dare literas, quominus det, ne hoc accipienti noceat.

TIT. VII

NIHIL INNOVARI (4) APPELLATIONE INTERPOSITA

ULPIANUS libro IV. de Appellationibus.— Appellatione interposita, sive ea recepta sit, sive non, medio tempore nihil novari oportet; si quidem fuerit recepta appellatio, quia recepta est, si vero non est recepta, ne praesudicium fiat, quoad deliberetur, utrum recipienda sit appellatio, an non sit.

§ 1.—Recepta autem appellatione tamdiu nihil erit innovandum, quamdiu de appellatione fuerit pronuntiatum.

§ 2.—Si quis ergo forte relegatus fuit, et appellaverit, non arcebitur neque in (5) Italia, neque in (6) provincia, a (7) qua relegatus est.

§ 3.—Propter eandem rationem, et si quis deportatus fuit ab eo, cui deportandi ius est, vel adnotatus, neque vincula patietur, neque ullam aliam iniuriam, quam patitur, qui sententiae non acquieverat; integer enim status esse videtur provocatione interposita.

§ 4.—Ergo et si abstinere ordine iussus sit, et provocaverit, eadem ratione potest coetum (8) participare, quum hoc sit constitutum, et sit iuris, ne quid pendente appellatione novetur.

(1) Hal. Vulg.; vel ne, el códice Fl.; ne vel, Taur.

(2) Macer, Hal.; Marcellus, Vulg.

(3) Taur. según la escritura original; petentis, la corrección del códice Fl., Br.

(4) NOVARI, Vulg.

por medio de relación su opinión, y la causa por que no admitió la apelación, y que debe presentar copia de la misma al litigante.

7. PAULO; De las Apelaciones, libro único.— Si el negocio no admitiera dilación, no se permite apelar, según constituyó el Divino Adriano, por ejemplo, para que no se abra un testamento, para que no se aplique a subsidio de la annona el trigo destinado a uso de los militares, ó para que no sea puesto en posesión el heredero instituido.

§ 1.—Asimismo, si por el Edicto perpétuo se decretase alguna cosa, no se permite apelar para que no se haga aquélla.

§ 2.—Tampoco se puede apelar para que no sea lícito vender la prenda.

TÍTULO VI

DE LAS LETRAS DIMISORIAS, QUE SE DICEN APÓSTOLOS

MARCIANO; De las Apelaciones, libro II.— Después de interpuesta la apelación se han de dar cartas por aquel de quien se apeló para aquel que ha de conocer de la apelación, ya sea el Principe, ya otro cualquiera; cuyas cartas se llaman dimissorias ó apóstolos.

§ 1.—Mas el sentido de tales cartas es este: que apeló, por ejemplo, Lucio Ticio de la sentencia de él, que se pronunció entre tales.

§ 2.—Mas basta haber pedido dentro del término con insistencia y muchas veces las dimissorias, para que aunque no las reciba se haga constar esto mismo; porque las Constituciones requieren insistencia en el que reclama las dimissorias. Así, pues, es justo que si en el que debía dar las cartas consistiere que no las dé, esto no le perjudique al que las reciba.

TÍTULO VII

DE QUE INTERPUESTA LA APELACIÓN NO SE INNOVE NADA

ULPIANO; De las Apelaciones, libro IV.— Interpuesta la apelación, ya si hubiera sido admitida, ya si no, no se debe innovar nada en el tiempo intermedio; si verdaderamente hubiere sido admitida la apelación, porque fué admitida, y si no fué admitida, para que no se cause perjuicio hasta que se delibere si se ha de admitir, ó no, la apelación.

§ 1.—Pero admitida la apelación, no se habrá de innovar nada hasta tanto que se hubiere fallado la apelación.

§ 2.—Luego, si alguno fué, por ejemplo, relegado, y hubiere apelado, no será apremiado para que salga de Italia, ni de la provincia, de la que fué relegado.

§ 3.—Por la misma razón, también si alguno fué deportado por el que tiene derecho para deportar, ó fué anotado, ni sufrirá prisión, ni ninguna otra molestia que sufre el que no se había aquietado con la sentencia; porque se considera que está integro su estado habiéndose interpuesto la apelación.

§ 4.—Luego también si se le hubiera mandado que se mantuviese separado del orden, y hubiere apelado, puede por la misma razón tomar parte en las reuniones, porque se halla constituido, y es de derecho, que no se innove nada estando pendiente la apelación.

(5) in, omitela Vulg.

(6) in, omitela Vulg.

(7) Hal.; a, omitela el códice Fl.

(8) Interim por costum, los códices citados por Br.

§ 5.—Si quis ex pluribus facinoribus condemnatus propter quaedam appellavit, propter quaedam non, utrum differenda poena eius sit, an non, quaeritur; et si quidem graviora sint crimina, ob quae appellatio interposita est, levius autem id, propter quod non appellavit, recipienda est omnimodo appellatio, et differenda poena; si vero graviores sententiam meruit ex ea specie, ex qua non est appellatum, omnimodo poena imponenda est.

TIT. VIII

QUAE SENTENTIAE SINE APPELLATIONE RESCINDANTUR
[Cf. Cod. VII. 64.]

1. MACER (1) libro II. de Appellationibus.—Illud meminerimus, si quaeratur, iudicatum sit, nec ne, et huius quaestionis iudex non esse iudicatum pronuntiaverit, licet fuerit iudicatum, rescinditur, (2) si provocatum non fuerit.

§ 1.—Item si calculi error in sententia esse dicitur, appellare necesse non est; veluti si iudex ita pronuntiaverit: «quum constet, Titium Seio ex illa specie quinquaginta, item ex illa specie vigintiquinque debere, idcirco Lucium Titium Seio (3) centum condemno»; nam quoniam error computationis est, nec appellare necesse est, et citra provocationem corrigitur. Sed et si huius quaestionis iudex sententiam (4) centum confirmaverit, si quidem ideo, quod quinquaginta et vigintiquinque fieri centum putaverit, adhuc idem error computationis est, nec appellare necesse est; si vero ideo, quoniam et alias species vigintiquinque fuisse dixerit, appellationi locus est.

§ 2.—Item quum contra sacras Constitutiones iudicatur, appellationis necessitas remittitur. Contra Constitutiones autem iudicatur, quum de iure Constitutionis (5), non de iure litigatoris pronuntiatur; nam si iudex volenti se ex cura muneris, vel tutelae, beneficio liberorum, vel aetatis, aut privilegii excusare, dixerit, neque filios, neque aetatem, aut ullum privilegium ad muneris vel tutelae excusationem prodesse, de iure constituto (6) pronuntiasse intelligitur. Quodsi de iure suo probantem admiserit, sed idcirco contra eum sententiam dixerit, quod negaverit, eum de aetate sua, aut de numero liberorum probasse, de iure litigatoris pronuntiasse intelligitur; quo casu appellatio necessaria est.

§ 3.—Item quum ex Edicto peremptorio, quod neque propositum est, neque in notitiam pervenit, absentis condemnatio fit, nullius momenti esse sententiam, Constitutiones demonstrant.

§ 4.—Si apud eundem iudicem invicem petamus, si et mea, et tua petitio sine usuris fuit, et iudex me priorem tibi condemnavit, quo magis tu prior me condemnatum habeas, non est mihi necesse pro hac causa appellare, quando secundum sacras Constitutiones iudicatum a me petere non possis, priusquam de mea quoque petitione iudicetur; sed magis est, ut appellatio interponatur.

2. PAULUS libro III. Responsorum.—Paulus re-

(1) Marcellus, Vulg.
(2) et, inserta Hal. Vulg.
(3) in, inserta Vulg.

§ 5.—Si, condenado alguno por varios delitos, apeló por unos, y por otros no, se pregunta si se haya de diferir ó no su pena; y si verdaderamente fueran más graves los delitos por los que se interpuso la apelación, y más leve aquel por el cual no apeló, se ha de admitir de todos modos la apelación, y se ha de diferir la pena; pero si mereció más grave sentencia por la especie por la que no se apeló, se ha de imponer de todos modos la pena.

TÍTULO VIII

QUÉ SENTENCIAS SE RESCINDEN SIN LA APELACIÓN
[Véase Cód. VII. 64.]

1. MACER; De las Apelaciones, libro II.—Tendremos presente, que si se cuestionara sobre si se haya juzgado, ó no, y el juez de esta cuestión hubiere declarado que no se juzgó, aunque se hubiere juzgado, se rescinde la sentencia, si no se hubiere apelado.

§ 1.—Asimismo, si se dijera que en la sentencia hay error de cálculo, no hay necesidad de apelar; por ejemplo, si el juez hubiere fallado así: «constando que Ticio le debe á Seyo cincuenta por tal concepto, y además veinticinco por tal otro concepto, condeno por lo tanto en ciento á Lucio Ticio á favor de Seyo»; porque como hay error de computación, no es necesario apelar, y se corrige sin la apelación. Pero aun si el juez de esta cuestión hubiere confirmado la sentencia de los ciento, si verdaderamente porque creyere que con cincuenta y veinticinco se hacen ciento, hay todavía el mismo error de computación, y no es necesario apelar; pero si por esto, porque dijere que hubo otra partida de veinticinco, ha lugar á la apelación.

§ 2.—Asimismo, cuando se juzga contra las sacras Constitutiones, se remite la necesidad de la apelación. Mas se juzga contra las Constitutiones, cuando se pronuncia sobre el derecho de una Constitución, no sobre el derecho de un litigante; porque si al que quiere excusarse del cuidado de un cargo, ó de la tutela, por beneficio de los hijos, ó de su edad, ó de privilegio, le hubiere dicho que ni los hijos, ni la edad, ó privilegio alguno, aprovechaban para excusa de un cargo ó de la tutela, se entiende que hizo pronunciamiento sobre el derecho constituido. Pero si hubiere admitido que hiciera prueba sobre su derecho, mas hubiere pronunciado sentencia contra él, porque dijere que él no hizo la prueba sobre su edad, ó sobre el número de sus hijos, se entiende que hizo pronunciamiento sobre el derecho del litigante; en cuyo caso es necesaria la apelación.

§ 3.—Igualmente, cuando en virtud de Edicto peremptorio, que ni se expuso, ni llegó á noticia, se hace la condenación de un ausente, demuestran las Constitutiones que la sentencia es de ningún valor.

§ 4.—Si recíprocamente pedimos ante el mismo juez, y tanto mi petición como la tuya fueron sin intereses, y el juez me condenó primero á tu favor, para que tú primero me tuvieras condenado, no me es necesario apelar por esta causa, por cuanto según las sacras Constitutiones no puedes pedirme lo juzgado, antes que también se juzgue sobre mi petición; pero es mejor que se interponga apelación.

2. PAULO; Respuestas, libro III.—Paulo respon-

(4) in, inserta Vulg.
(5) constituto, Hal.
(6) Constitutionis, Vulg.

spondit, eum, qui in rebus humanis non fuit sententiae dictae tempore, inefficaciter condemnatum videri.

§ 1.—Idem respondit, adversus eum, qui in rebus humanis non esset, quum iudex datus est, neque iudicis dationem valuisse, neque sententiam adversus eum dictam vires habere.

3. IDEM libro XVI. *Responsorum*. — Paulus respondit, impossibile praeceptum iudicis nullius esse momenti.

§ 1.—Idem respondit, ab ea sententia, cui pareri rerum natura non potuit (1), sine causa appellari.

TIT. IX

AN PER ALIUM CAUSAE APPELLATIONUM
REDDI POSSUNT (2)

1. ULPIANUS (3) libro IV. *Appellationum*. — Quae ri solet, an per alium causae appellationis reddi possunt, quae res in rebus pecuniariis et in criminibus agitari consuevit. Et in rebus pecuniariis sunt Rescripta, posse agi; verba Rescripti ita se habent: «Divi Fratres Longino. Si tibi, qui appellavit, mandavit, ut eum de appellatione, quam Pollia (4) ad eum fecit, defenderes, et res pecuniaria est, nihil prohibet, nomine eius te (5) respondere; sin autem non sit pecuniaria causa, sed capitalis, per procuratorem agi non licet. Sed et si ea causa sit, ex qua sequi solet poena usque ad relegationem, non oportet per alium causas agi; sed ipsum adesse auditorio debere, sciendum est». Plane si pecuniaria causa est, ex qua ignominia sequitur, potest et per procuratorem hoc agi. Idque erit probandum et in ipso accusatore, si appellaverit, vel si adversus eum sit appellatum. Et generaliter, quae causa per alium agi non potest, eius nec appellationem per alium agi oportet.

2. MACER (6) libro II. *de Appellationibus*. — Si procurator absentis appellaverit, deinde rationes reddiderit, nihilominus ipse respondere debet. Sed an eo cessante dominus litis respondere possit exemplo adolescentis, videamus. Magis tamen observatur, ut audiri debeat in causis appellationis reddendis is, cuius absentis procurator appellavit.

TIT. X

SI TUTOR, VEL CURATOR, (7) MAGISTRATUS
CREATUS APPELLAVERIT

1. ULPIANUS libro III. *de officio Consulibus*. — Si qui ad munera publica nominati appellaverint, nec causas probaverint, scient ad periculum suum pertinere, si quid damni per moram appellationis reipublicae acciderit; quodsi apparuerit, eos necessario provocasse, cui adscribendum sit id damnum, Praeses vel Princeps aestimabit.

(1) oportuit, Hal.
(2) POSSUNT, Hal.
(3) Paulus, Hal.
(4) Polla, Hal. Vulg.

dió, que se considera que el que no vivía al tiempo de pronunciarse la sentencia fué condenado ineficazmente.

§ 1.—El mismo respondió, que contra el que no existiera cuando fué nombrado el juez, ni fué válido el nombramiento de juez, ni puede tener fuerza la sentencia proferida contra él.

3. EL MISMO; *Respuestas, libro XVI*.—Paulo respondió, que el precepto imposible de un juez es de ningún valor.

§ 1.—El mismo respondió, que sin causa se apela de la sentencia á que no se pudo obedecer por la naturaleza de las cosas.

TÍTULO IX

DE SI SE PUEDEN EXPONER POR OTRO LAS CAUSAS
DE LAS APELACIONES

1. ULPIANO; *De las Apelaciones, libro IV*. — Se suele preguntar, si se suelen exponer por otros las causas de la apelación, cosa que se solió discutir en los negocios pecuniarios y en los criminales. Y tratándose de negocios pecuniarios hay Rescriptos según los que se pueden sostener; así dicen las palabras del Rescripto: «Los Divinos Hermanos á Longino. Si el que apeló te mandó que lo defendieras de la apelación, que Polla interpuso contra él, y el negocio es pecuniario, nada impide que tú respondas en su nombre; mas si el negocio no fuera pecuniario, sino de delito capital, no es lícito que se litigue por medio de procurador. Pero si la causa fuera tal, que por virtud de ella se suele imponer pena hasta la relegación, tampoco conviene que las causas sean defendidas por otro; sino que se ha de saber que él mismo debe comparecer en la audiencia». Mas si es pecuniaria la causa, por la que sigue ignominia, se puede defender también por medio de procurador. Y esto se habrá de aprobar también en cuanto al mismo acusador, si hubiere apelado, ó si contra él se hubiera apelado. Y en general, de la causa que no se puede defender por medio de otro, tampoco se debe defender por medio de otro la apelación.

2. MACER; *De las Apelaciones, libro II*. — Si el procurador de un ausente hubiere apelado, y después hubiere rendido las cuentas, esto no obstante debe él responder. Pero veamos, si dejando de hacerlo él, pueda responder el dueño del litigio á la manera que respecto del adolescente. Pero más bien se observa, que para exponer las causas de la apelación deba ser oído aquel en cuya ausencia apeló su procurador.

TÍTULO X

DE SI HUBIERE APELADO EL QUE FUÉ NOMBRADO TUTOR,
CURADOR, Ó MAGISTRADO

1. ULPIANO; *Del Cargo de Consul, libro III*. — Si hubieren apelado los nombrados para cargos públicos, y no hubieren probado sus causas, habrán de saber que va á riesgo suyo el daño que por la demora de la apelación sobreviniere á la república; pero si apareciere que ellos apelaron por necesidad, el Presidente ó el Príncipe estimará á quién se haya de atribuir este daño.

(6) iuste, inserta Vulg.
(6) Marcellus, Vulg.
(7) VEL, insertan acertadamente Hal. Vulg.

2. HERMOGENIANUS *libro V. juris epitomarum.*— Tutor vel curator retentus si provocaverit, et ante causam actam moriatur, propter periculum medii temporis successores eius causas appellationis necesse habent reddere.

TIT. XI

EUM, QUI APPELLAVERIT, IN PROVINCIA (1)
DEFENDI

1. ULPIANUS *libro IV. de Appellationibus.*—Eum, qui appellavit, oportere in provincia defendi in aliis suis causis, etiamsi appellationis causa peregrinetur, Divi Fratres Decimio (2) Philoni rescriperunt;

2. MARCIANUS *libro II. de Appellationibus.*— hoc enim illis praestatur, ne necesse habeant se defendere, qui reipublicae causa absunt.

TIT. XII

APUD EUM, A QUO APPELLATUR (3) ALIAM CAUSAM
AGERE COMPELLENDUM

ULPIANUS *libro IV. de Appellationibus.*— Si quis ex alia causa appellaverit a iudice, an in alia causa eundem iudicem habere necesse habeat, videamus. Et hodie hoc iure utimur, ut (4) tametsi appellatio interposita sit, tamen apud eundem iudicem, a quo quis provocavit, compelletur alias causas, si quas habet, agere; nec utetur hoc praetextu, quasi ad (5) offensum iudicem non debeat experiri, quum possit denuo provocare.

TIT. XIII

SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT

[Cf. Cod. VII. 66.]

MACER; (6) *libro II. de Appellationibus.*— Appellatore defuncto, siquidem sine herede, cuiuscunque generis appellatio fuit, evanescit. Quodsi appellatori heres extiterit, si quidem nullius alterius interest causas appellationis reddi, cogendus non est peragere appellationem; si vero fisci vel alterius, contra quem appellatum est, interest, heres causas appellationis reddere necesse habet. Nullius autem interest, veluti quum sine ademptione bonorum relegatus est; nam si ademptis bonis relegatus, vel in insulam deportatus, vel in metallum datus, provocatione interposita decesserit, Imperator noster Alexander Pletorio (7) militi ita rescripsit: «Quamvis pendente appellatione morte rei crimen extinctum sit, data tamen etiam de parte bonorum eius sententia proponitur, adversus quam non aliter is, qui emolumentum successionis habet, obtinere potest, quam si in reddendis causis appellationis iniquitatem sententiae detexerit».

(1) *Taur.*; PROVINCIALIA, el código *Fl.*, *Br.*

(2) *Decio*, *Vulg.*

(3) *Taur.* según la escritura original; APPELLETUR, la corrección del código *Fl.*, *Br.*

(4) La corrección del código *Fl.*, *Br.*; et, *Taur.* según la escritura original.

(5) *apud*, *Hal.* *Vulg.*

2. HERMOGENIANO; *Epitome del Derecho, libro V.*— Si retenido el tutor ó curador hubiere apelado, y muriese antes de haberse substanciado la causa, sus sucesores tienen necesidad de exponer las causas de la apelación por razón de la responsabilidad del tiempo intermedio.

TÍTULO XI

DE QUE SE DEFIENDA EN LA PROVINCIA EL QUE
HUBIERE APELADO

1. ULPIANO; *De las Apelaciones, libro IV.*— Respondieron por rescripto los Divinos Hermanos á Decimio Filón, que el que apeló debe ser defendido en la provincia en las otras causas suyas, aunque viaje por causa de la apelación;

2. MARCIANO; *De las Apelaciones, libro II.*— porque á los que están ausentes por causa de la república se les concede esto, que no tengan necesidad de defenderse.

TÍTULO XII

DE QUE UNO HA DE SER COMPELIDO Á DEFENDER OTRA
CAUSA ANTE AQUEL DE QUIEN SE APELA

ULPIANO; *De las Apelaciones, libro IV.*— Si por una causa hubiere alguno apelado del juez, veamos si tendrá necesidad de tener el mismo juez en otra causa. Y hoy observamos este derecho, que, aunque se haya interpuesto apelación, será, sin embargo, cualquiera compelido á defender otras causas, si las tiene, ante el mismo juez de quien apeló; y no se prevaledrá de este pretexto, como si no debiera ejercitar su acción ante el juez ofendido, porque podrá apelar de nuevo.

TÍTULO XIII

DE SI PENDIENTE LA APELACIÓN SOBREVINIERE
LA MUERTE

[Véase Cod. VII. 66.]

MACER; *De las Apelaciones, libro II.*— Fallecido el apelante, si verdaderamente falleció sin heredero, se extingue la apelación, de cualquier género que haya sido. Pero si quedare heredero del apelante, y verdaderamente á otro ninguno le interesa que se expongan las causas de la apelación, no ha de ser obligado á llevar á término la apelación; pero si le interesa al fisco ó á otro, contra el cual apeló, el heredero tiene necesidad de exponer las causas de la apelación. Mas no le interesa á ninguno, por ejemplo, cuando alguien fué relegado sin la privación de bienes; porque si el relegado á quien se le quitaron los bienes, ó el deportado á una isla, ó el condenado á las minas, hubiere fallecido habiéndose interpuesto apelación, nuestro Emperador Alejandro respondió por rescripto á Pletorio, militar, en estos términos: «Aunque pendiente la apelación se haya extinguido el delito con la muerte del reo, sin embargo, se expone, que la sentencia fué proferida también en cuanto á parte desus bienes, y contra ella el que tiene el emolumento de la sucesión no puede quedar vencedor de otra suerte, sino si al exponer las causas de la apelación hubiere demostrado la injusticia de la sentencia».

(6) *Marcellus*, *Vulg.*

(7) *Pilletorio*, *Hal.*; *Plectorio*, *Vulg.*

§ 1.—Tutor quoque in negotio pupilli appellatione interposita si decesserit, heredem, eius causas appellationis reddere necesse est, etiamsi rationes tutelae heres reddiderit, quia sufficit, mortis tempore ad causas appellationis reddendas obligatum fuisse. Sed Divi Severus et Antoninus rescripserunt, non cogendum tutorem, post rationes redditas, causas appellationum (1) reddere.

TIT. XIV

DE IURE FISCO (2)

[Cf. Cod. VII. 73. X. 1—30. 71. (70.)—77. (76.)]

1. CALLISTRATUS libro I. de iure Fisci. — Varias causas sunt, ex quibus nuntiatio ad fiscum fieri solet; aut enim se quis, quod tacite relictum est, profitetur capere non posse, vel ab alio praeventus defertur, vel quod mors ab heredibus non vindicatur, vel quod indignus quis heres nuntiatur, vel quod Princeps heres institutus, et testamentum (3) sive codicilli surrepti esse nuntiantur, vel quod dicatur quis thesaurum invenisse, vel magni pretii rem minoris ex fisco comparasse, vel praevaricatione fisco victum esse, vel eum decessisse, qui in capitali crimine esset, vel etiam post mortem aliquem reum esse, vel domum destructam (4) esse, vel ab accusatione recessum, vel rem litigiosam vendari, vel poenam fisco ex contractu privato deberi, vel adversus leges commissum factum esse.

§ 1.—An bona, quae solvendo non sint, ipso iure ad fiscum pertineant, quaesitum est. Labeo scribit, etiam ea, quae solvendo non sint, ipso iure ad fiscum pertinere. Sed contra sententiam eius Edictum perpetuum scriptum est, quod ita bona veniunt, si ex his fisco acquiri nihil possit.

§ 2.—Divus Pius Coelio Amarantho (5) ita rescripsit, vacantium bonorum nuntiationem quadriennio finiri, idque tempus ex die, quo certum esse coepit, neque heredem, neque bonorum possessorem extare, computari oportere.

§ 3.—Praescriptio autem viginti annorum, quae etiam circa requirendorum adnotatorum bona observatur, ex Constitutione Divi Titi (6) solet ex eo numerari, ex quo quid ad fiscum pertinere potuit.

§ 4.—Causae autem, quae statim motae sunt, et tractae ultra vicesimum annum, differri possunt etiam post vicesimum annum.

§ 5.—Illae quoque causae, quae a priore nuntiatore proditae dicantur, etiam post annos, quibus praescribi diximus, fisco nuntiari possunt.

2. IDEM libro II. de iure Fisci. — Ex quibusdam causis delationes suscipientium fama non laeditur, veluti eorum, qui non praemii consequendi, item eorum, qui ulciscendi gratia adversarium suum deferunt, vel quod nomine reipublicae suae quis

(1) Taur. según corrección del código Fl.; causas appellationis, la escritura original, Br.

(2) El fragmento, de iure fisci, de un antiguo juriscónsulito, hallado con Gayo en Verona parece que comprende lo que pertenece al fragmento 5. § 20. D. XXXIV. 9.; muchos capítulos de nuestro título (por ejemplo fr. 45. § 3.) concuerdan con los términos de este fragmento (por ejemplo, § 19.)

§ 1.—También si el tutor hubiere fallecido habiéndose interpuesto apelación en negocio del pupilo, es necesario que su heredero exponga las causas de la apelación, aunque el heredero hubiere dado las cuentas de la tutela, porque basta que al tiempo de la muerte haya estado obligado á exponer las causas de la apelación. Pero respondieron por rescripto los Divinos Severo y Antonino, que el tutor no ha de ser obligado, después de rendidas las cuentas, á exponer las causas de las apelaciones.

TÍTULO XIV

DEL DERECHO DEL FISCO

[Véase Cód. VII. 73. X. 1—30. 71. (70.)—77. (76.)]

1. CALISTRATO; Del Derecho del Fisco, libro I. — Varias son las causas por las que se le suele hacer denuncia al fisco; ó porque alguno confiesa que no puede adquirir lo que tácitamente se le dejó, ó si anticipándosele otro es denunciado, ó porque la muerte no es vengada por los herederos, ó porque algún heredero es denunciado como indigno, ó porque instituido heredero el Príncipe fueron denunciados como substraídos el testamento ó los codicilos, ó porque se diga que alguno encontró un tesoro, ó compró del fisco por menor precio una cosa de gran valor, ó porque el fisco fué vencido por praevaricación, ó porque falleció el que estaba sujeto á acusación capital, ó porque alguien era reo aun después de su muerte, ó porque había sido destruida una casa, ó porque uno se había separado de la acusación, ó porque se vendía una cosa litigiosa, ó se le debía al fisco una pena en virtud de un contrato privado, ó porque se cometió algún hecho contra las leyes.

§ 1.—Se preguntó, si pertenecen de derecho al fisco los bienes que no son solventes. Labeo escribe, que también los que no son solventes pertenecen de derecho al fisco. Pero contra su opinión se escribió el Edicto perpétuo, para que se vendan los bienes, si de ellos no se pudiera adquirir nada para el fisco.

§ 2.—El Divino Pio respondió por rescripto á Celio Amarantho, que la denuncia de bienes vacantes se extingue á los cuatro años, y que este término se debe computar desde el día en que comenzó á ser cierto que no hay ni heredero, ni poseedor de los bienes.

§ 3.—Mas la prescripción de veinte años, que se observa también en cuanto á los bienes de los anotados para ser requeridos, se suele contar, según Constitución del Divino Tito, desde que alguna cosa pudo pertenecerle al fisco.

§ 4.—Mas las causas que fueron promovidas desde luego, y que se prolongaron hasta los veinte años, se pueden diferir aun después del vigésimo año.

§ 5.—También aquellas causas, que se dijera que fueron denunciadas por un denunciante anterior, pueden ser denunciadas al fisco aun después de los años por que hemos dicho que se prescriben.

2. EL MISMO; Del Derecho del Fisco, libro II. — Por algunas causas no se perjudica la fama de los que hacen delaciones, por ejemplo, de los que delatan á su adversario no para conseguir premio, así como de los que para vengarse, ó porque algu-

(3) institutus est, vel quod testamentum, Vulg.

(4) Taur. al margen; restructam, el mismo en el texto.

(5) Hal.; Amarantho, el código Fl.; Aromanto, Vulg.

(6) Titii Antonini, Hal.; Pii Antonini, Vulg.

exsequitur causas; et haec ita observari, plurifariam principalibus Constitutionibus praecipitur.

§ 1.—Divus Hadrianus Flavio Arriano (1) in haec verba rescripsit: «Quin ei, qui instrumenta ad causam fisci pertinentia, quum possit exhibere, non exhibet, nocere debeat; si verum aliter non invenitur, (2) ea subtracta esse credantur, quae nocitura causae eius fuerint, dubitatum (3) non est; sed nec alias dubitari oportet, quin non in aliam rem nocere debeant, quam in eam, qua (4) desiderata (5) sunt».

§ 2.—Item Divi Fratres ad libellum Cornelii Rufi rescripserunt, toties edenda esse instrumenta, quoties de iure capiendi, vel de iure dominii, vel de aliqua (6) simili re numaria quaeratur, non si de capitali causa agatur.

§ 3.—Senatus censuit, ut, si neque delator, neque possessor tribus Edicti evocati adfuerunt (7), delatoris quidem fideiussores teneantur, et ei postea publicam causam deferendi (8) ius adimatur; possessoris autem ius idem esset, quodsi delatus omnino non esset.

§ 4.—Quoties tamen delator adesse iussus cessat, nec hoc fraude possessoris factum esse probabitur, Divus Hadrianus rescripsit, secundum possessorem pronuntiari oportere, ita ut sententia comprehendatur, etiam delatores (9) edicto id comprehendisse (10).

§ 5.—Divus Pius Caecilio Maximo rescripsit, Constitutionem patris sui, qua compelleretur (11) delator edere mandatorem, ac nisi edidisset, ut (12) in vincula deduceretur, eo pertinere, non ut delator poena subduceretur, si mandatorem haberet, sed ut mandator quoque perinde, atque si ipse delulisset, puniretur.

§ 6.—Imperator noster Severus Augustus constituit, ne servi delatores dominorum audiantur, sed ut poena coercerentur. Libertos quoque, causae mandatores contra patronos, a Praesidibus provinciarum poena (13) plectendos.

§ 7.—Complura sunt Rescripta principalia, quibus cavetur, non obesse errorem cuiquam, quod ignotus (14) iuris sui ipse se detulerit. Sed extat eorundem Principum Rescriptum, ex quo videtur posse defendi, ita demum non nocere cuiquam se delulisse, si ea persona sit, quae ignorare propter rusticitatem (15), vel propter sexum femininum ius suum possit.

3. IDEM libro III. de iure Fisci.—Non intelligitur fraudem legi fecisse, qui rogatus est palam restituere. Sed quum quidam testamento suo ita scripsisset: «vos rogo, ut in eo, quod a vobis petii (16),

no prosigue causas á nombre de su república; y en muchas ocasiones se manda en las Constituciones de los Principes que así se observe esto.

§ 1.—El Divino Adriano respondió por rescripto á Flavio Arriano en estos términos: «No se dudó que al que no exhibe, pudiendo exhibirlos, instrumentos pertenecientes á una causa del fisco, esto le debe perjudicar; si de otra manera no se descubre la verdad, y se creyera que fueron substraídos los que hubieren de perjudicar á la causa de aquél; pero por otra parte tampoco se debe dudar, que no deben perjudicar en otro negocio sino en aquel para el cual fueron reclamados».

§ 2.—Asimismo respondieron por rescripto los Divinos Hermanos al libelo de Cornelio Rufo, que se han de presentar los instrumentos siempre y cuando se questione sobre el derecho de adquirir, ó sobre el derecho de dominio, ó sobre algún negocio semejante pecuniario, no si se tratara de causa capital.

§ 3.—Dispuso el Senado, que si ni el delator, ni el poseedor comparecieron llamados por tres Edictos, queden ciertamente obligados los fiadores del delator, y se le prive del derecho de delatar después causa pública; pero que el derecho del poseedor sea el mismo, que sería, si en absoluto no hubiese sido delatado.

§ 4.—Mas cuando el delator á quien se le mandó deja de comparecer, y no se probare que esto sucedió por fraude del poseedor, resolvió por rescripto el Divino Adriano, que se debía fallar á favor del poseedor, de suerte que se comprenda en la sentencia, que también los delatores comprendieron esto en el Edicto.

§ 5.—El Divino Pio respondió por rescripto á Cecilio Máximo, que la Constitución de su padre, por virtud de la cual sería compelido el delator á presentar á su mandante, y, si no lo hubiese presentado, sería puesto en prisión, tiene por objeto no que el delator se substraiga á la pena, si tuviese mandante, sino que sea castigado también el mandante de igual modo que si él mismo hubiese delatado.

§ 6.—Constituyó nuestro Emperador Severo Augusto, que no fueran oídos los esclavos delatores de sus señores, sino que fueran castigados con pena. También los libertos, que fuesen mandantes en una causa contra sus patronos, han de ser castigados con pena por los Presidentes de las provincias.

§ 7.—Hay muchos rescriptos de los Principes en los que se dispone que no le perjudique á cualquiera su error, porque ignorando su derecho se haya él mismo delatado. Pero hay otro rescripto de los mismos Principes, según el cual parece que se puede defender que no le perjudica á cualquiera haberse delatado, solamente si fuera persona tal, que pudiera ignorar su derecho por su rusticidad, ó por su sexo femenino.

3. EL MISMO; *Del Derecho del Fisco, libro III.*—No se entiende que defraudó la ley aquel á quien públicamente se le rogó que restituyera. Pero habiendo uno escrito así en su testamento: «os ruego

(1) Auriano, Hal.
 (2) et, inserta Vulg.
 (3) dubitandum, Hal. Vulg.
 (4) Taur. según la escritura original; quam, la corrección del código Fl., Br.
 (5) Taur. según el código Fl., que dice desiderata, Br.
 (6) Vulg.; causa, inserta el código Fl.; de alia causa simili res numaria, Hal.
 (7) Taur. según la escritura original del código Fl., en la que se lee adferunt, Br.; adfuerint, la corrección del código Fl.
 (8) defendendi, Vulg.

(9) delatorum, el código citado por Br.
 (10) Taur. según el código Fl., en el que se lee comprehendisset, Br.
 (11) Taur. según corrección del código Fl.; compelleretur, la escritura original, Br.
 (12) Taur. según la escritura original; uti, la corrección del código Fl., Br.
 (13) Hal. Vulg.; poenae, el código Fl.
 (14) ignarus, Hal. Vulg.
 (15) vel propter paupertatem, inserta Vulg.
 (16) Taur. según el código Fl., que dice peti, Br.

fidem praestetis, perque Deum, ut faciatis, rogo», et quaereretur, an id palam datum intelligeretur, Iulianus respondit, non quidem apparere, quid ab heredibus ex huiusmodi verbis petitum est, quaeri autem solere, quando intelligatur quis in fraudem legis fidem suam accommodare. Et fere eo iam decursum, ut fraus legi fieri videatur, quoties quis neque testamento, neque codicillis rogaretur, sed domestica cautione et chirographo obligaret se ad praestandum ei, qui capere non potest; ideoque dici posse, ex supradictis verbis non esse legi fraudem factam.

§ 1.—Si quis palam rogatus, et tacite esset, agitabatur, quid magis praevaleret, utrum id ipsum noceret, quod tacite rogatus esset, an prodesset, quod palam petitum esset. Et Divus Hadrianus rescripsit, in eo, quod cuiusque fidei palam commissum est, non esse existimandum fidem suam in fraudem legis accommodasse.

§ 2.—Quando autem fraus interposita videatur, agendum (1) est, id est, utrum exitus spectari deberet, an consilium; forte si tunc, quum tacite fideicommittebatur, non capiebat is, cui restitui iubebatur, mortis vero tempore capere poterat, vel contra. Et placuit, exitum esse spectandum.

§ 3.—Tacita autem fideicommissa frequenter sic deleguntur, si proferatur chirographum, quo se cavisset (2), cuius fides eligitur, quod ad eum ex bonis defuncti pervenerit, restitutum. Sed et ex aliis probationibus manifestissimis idem fit.

§ 4.—Quum ex causa taciti fideicommissi bona ad fiscum pertinent, omnia, quae in testamento utiliter data sunt, valent; et ita Divus Pius rescripsit.

§ 5.—Divi Fratres rescripserunt, in venditionibus fiscalibus fidem et diligentiam a procuratore exigendam, et iusta pretia non ex praeterita emptione, sed ex praesenti aestimatione constitui; sicut enim diligentibus cultura pretia praediorum ampliantur, ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est.

§ 6.—Quum quinquennium, in quo quis pro publico conductore se obligavit, excessit, sequentis temporis nomine non tenetur; idque principalibus Rescriptis exprimitur. Divus etiam Hadrianus in haec verba rescripsit: «Valde inhumanus mos est iste, quo retinentur conductores vectigalium publicorum et agrorum, si tantidem locari non possint; nam et facilius invenientur conductores, si scierint fore, ut, si peracto lustro discedere voluerint, non teneantur».

§ 7.—Si posteriori creditori fiscus successerit, eo iure utitur, quo is usus erat, cui successit.

§ 8.—Multa principalia sunt Rescripta, quibus cavetur, non aliter fiscum debitorum suorum debitores convenire, nisi principales debitores defecerint, vel ex ratione fisci nomina facta liquido probentur, vel ex contractu fiscali debitores conveniantur.

(1) agendum, Hal.

que presteis fidelidad á lo que os pedi, y os ruego por Dios que lo hagais», y preguntándose si se entendería que esto fué dado públicamente, respondió Juliano, que no aparecía ciertamente qué es lo que con tales palabras se les pidió á los herederos, pero que se solía investigar cuándo se entiende que uno presta su fidelidad en fraude de la ley. Y de ordinario se ha llegado ya á que se considere que se defrauda á la ley, siempre que á uno no se le roga-se ni en testamento ni en codicilos, sino que en caución doméstica y por quirógrafo se obligase á entregar algo al que no puede adquirirlo; y por esto se puede decir, que en virtud de las antes dichas palabras no se cometió fraude contra la ley.

§ 1.—Si á alguno se le hubiese rogado pública y tácitamente, se discutía qué es lo que más bien prevalecería, si le perjudicaría la misma circunstancia de habersele rogado tácitamente, ó si le aprovecharía que públicamente se le hubiese pedido. Y resolvió por rescripto el Divino Adriano, que, respecto á lo que públicamente fué encomendado á la fidelidad de cualquiera, no se ha de estimar que prestó su fidelidad en fraude de la ley.

§ 2.—Mas se ha de ver cuándo se considerará cometido fraude, esto es, si se deberá atender al resultado, ó á la intención; por ejemplo, si cuando tácitamente se encargaba por fideicomiso no tenía capacidad para adquirir aquel para quien se mandaba restituir, pero podía adquirir al tiempo de la muerte, ó al contrario. Y se determinó, que se debía atender al resultado.

§ 3.—Pero frecuentemente se descubren fideicomisos tácitos de este modo, si se presentase un quirógrafo en el que hubiese asegurado aquel cuya fidelidad ha sido elegida, que restituirá lo que á su poder hubiere ido de los bienes del difunto. Pero lo mismo se hace en virtud de otras evidentísimas pruebas.

§ 4.—Cuando por causa de tácito fideicomiso pertenecen bienes al fisco, es válido todo lo que útilmente fué dado en el testamento; y así lo resolvió por rescripto el Divino Pio.

§ 5.—Resolvieron por rescripto los Divinos Hermanos, que en las ventas fiscales se ha de exigir del procurador fidelidad y diligencia, y que se establezcan justos precios no conforme á la venta anterior, sino á la estimación presente; porque así como con un diligente cultivo se aumentan los precios de los predios, así también si fueron tenidos con más negligencia es de necesidad que se disminuyan.

§ 6.—Cuando transcurrió el quinquenio por el cual uno se obligó como arrendatario público, no se está obligado por razón del tiempo que sigue; y esto se expresa en Rescripto de los Príncipes. También el Divino Adriano respondió por rescripto en estos términos: «Es muy inhumana costumbre la de que sean retenidos los arrendatarios de impuestos y de campos públicos, si éstos no pudieran ser arrendados en otro tanto; porque también se encontrarán más fácilmente arrendatarios, si supieren que no estarán obligados, si finido el lustro se quisieren separar».

§ 7.—Si el fisco hubiere sucedido á un acreedor posterior, usa del derecho que usaría aquel á quien sucedió.

§ 8.—Hay muchos rescriptos de los Príncipes, en que se dispone que el fisco no demande á los deudores de sus deudores de otra suerte, sino si faltaren los deudores principales, ó cuando por la cuenta del fisco se pruebe claramente que se constituyeron los débitos, ó cuando los deudores sean demandados en virtud de contrato con el fisco.

(2) is, insertan Hal. Vulg.

§ 9.—Divus Hadrianus Flavio Proculo rescripsit, quum in libertatem proclamat, qui ex bonis ad fiscum pertinentibus esse dicitur, iudicium dari praesentibus et agentibus etiam his, qui negotiis fisci solent intervenire; et huiusmodi liberales causas, si non interveniente fisci advocato decisae sint, in integrum restituuntur.

§ 10.—Si in locis fiscalibus, vel publicis religiosive, aut in monumentis thesauri reperti fuerint, Divi Fratres constituerunt, ut dimidia (1) pars ex his fisco vindicaretur; item si in Caesaris possessione repertus fuerit, dimidiam aequae partem fisco vindicari.

§ 11.—Deferre autem se nemo cogitur, quod thesaurum invenerit, nisi ex eo thesauro pars fisco debeatur. Qui autem, quum in loco fisci thesaurum invenerit, et (2) partem ad fiscum pertinentem suppresserit, totum cum altero tanto cogitur solvere.

4. ULPIANUS libro VI. ad Edictum.—In fisci causis pacti cum delatoribus pro confessis habentur, si modo pretium vel modicum dederunt.

5. IDEM libro XVI. ad Edictum.—Si curator (3) Caesaris rem aliquam vendiderit, quamvis duplum vel triplum pro evictione promiserit, tamen fiscus simplum praestabit.

§ 1.—Si ab eo, cui ius distrahendi res fisci datum est, fuerit distractum quid fisci, statim fit emptoris, pretio tamen soluto.

6. IDEM libro LXIII. ad Edictum.—Fiscus, quum in privati ius succedit, privati iure pro anterioribus suae successionis temporibus (4) utitur; ceterum posteaquam successit, habebit privilegium suum. Sed utrum statim atque coepit ad eum pertinere nomen, an vero posteaquam convenit debitorem, an posteaquam relatum est inter nomina debitorum, quaeritur; et quidem usuras exinde petit fiscales, etsi breviores debeantur, ex quo convenit certum debitorem et confidentem. At in privilegio varie rescriptum est; puto tamen exinde privilegio esse locum, ex quo inter nomina debitorum relatum nomen est.

§ 1.—Quodcunque privilegii fisco competit, hoc idem et Caesaris ratio, et Augustae habere solet.

7. IDEM libro LIV. ad Edictum.—Si fiscus alicui status controversiam faciat, fisci advocatus adesse debet; quare si sine fisci advocato pronuntiatum sit, Divus Marcus rescripsit, nihil esse actum; et ideo ex integro cognosci oportere.

8. MODESTINUS libro V. Regularum.—Bonorum fisci vindicatorum actores venundari a procuratoribus non possunt; et si distrahantur, irritam fieri venditionem, rescriptum est.

§ 9.—El Divino Adriano respondió por rescripto á Flavio Próculo, que cuando se proclama en libertad uno que se dice que es de los bienes pertenecientes al fisco, se pronuncia el juicio estando presentes y litigando también los que suelen intervenir en los negocios del fisco; y tales causas sobre la libertad, si hubieran sido decididas no interviniendo el abogado del fisco, son restituidas por entero.

§ 10.—Si en lugares pertenecientes al fisco, ó públicos, ó religiosos, ó en monumentos se hubieren hallado tesoros, determinaron los Divinos Hermanos que la mitad de ellos fuese reivindicada para el fisco; asimismo, si hubiere sido hallado en una posesión del César, es igualmente reivindicada la mitad para el fisco.

§ 11.—Mas ninguno es obligado á delatarse por que haya encontrado un tesoro, á no ser que de este tesoro se le deba parte al fisco. Pero el que habiendo encontrado un tesoro en un lugar del fisco hubiere ocultado la parte perteneciente al fisco, es obligado á entregarlo todo con otro tanto.

4. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro VI.*—Los que en las causas del fisco pactaron con los delatores se tienen por confesos, si es que dieron precio aunque pequeño.

5. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XVI.*—Si el curador del César hubiere vendido alguna cosa, aunque haya prometido por evicción el duplo ó el triplo, el fisco, sin embargo, pagará el simple importe.

§ 1.—Si por aquel á quien se le dió derecho para enajenar bienes del fisco se hubiere enajenado alguna cosa del fisco, se hace inmediatamente del comprador, pero habiendo pagado el precio.

6. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro LXIII.*—El fisco, cuando sucede en el derecho de un particular, usa del derecho del particular por lo relativo á los tiempos anteriores á su sucesión; pero después que sucedió tendrá su propio privilegio. Mas se pregunta, si inmediatamente que comenzó á pertenecerle el crédito, ó si después que demandó al deudor, ó si después que aquél fué relacionado entre los créditos de los deudores; y ciertamente pide los intereses fiscales aunque se deban menores, desde que demandó á un deudor cierto y confeso. Mas en cuanto al privilegio se resolvió diversamente por rescripto; pero creo que tiene lugar el privilegio desde que el crédito fué relacionado entre los créditos de los deudores.

§ 1.—Cualquier privilegio que compete al fisco suele tenerlo también la cuenta del César, y la de la Augusta.

7. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro LIV.*—Si el fisco le promoviera á alguno cuestión sobre su estado, debe asistir el abogado del fisco; por lo cual, si se hubiera fallado sin el abogado del fisco, resolvió por rescripto el Divino Marco, que no se hizo nada; y que por lo tanto se debía conocer de nuevo.

8. MODESTINO; *Reglas, libro V.*—Los esclavos administradores de bienes reivindicados para el fisco no pueden ser vendidos por los procuradores; y si fueran enajenados, se resolvió por rescripto que se invalidaba la venta.

(1) *medis, Hal. Vulg.*

(2) *et, considérase aquí palabra superflua.*

(3) *procurator, Vulg.*

(4) *Hal. Vulg.; temporis, el códice Fl.*

9. *IDEM libro XVII. Responsorum.* — Lucius Titius fecit heredes sororem suam ex dodrante, uxorem Maeviam et socerum ex reliquis portionibus; eius testamentum postumo nato ruptum est; qui postumus brevi et ipse decessit, atque ita omnis hereditas ad matrem postumi devoluta est; soror testatoris Maeviam veneficii in Lucium Titium accusavit; quum non obtinuisset, provocavit; interea decessit rea, nihilominus tamen apostoli redditi sunt; quaero, an putes extincta rea cognitionem appellationis inducendam propter hereditatem quaesitam. Modestinus respondit, morte reae crimine extincto, persecutionem eorum, quae scelere acquisita probari possunt, fisco competere posse.

10. *IDEM libro singulari de Praescriptionibus.* — Non puto delinquere eum, qui in dubiis quaestionibus contra fiscum facile responderit.

11. *JAVOLENUS libro IX. Epistolarum.* — Non posunt ulla bona ad fiscum pertinere, nisi quae creditoribus superfutura sunt; id enim bonorum cuiusque esse intelligitur, quod aeri alieno superest.

12. *CALLISTRATUS libro VI. de Cognitionibus.* — In metallum damnatis libertas adimitur, quum etiam verberibus servilibus coërcentur. Sane per huiusmodi personas (1) fisco nihil acquiri, Divus Pius rescripsit; et ideo quod legatum erat ei, qui postea in metallum damnatus erat, ad fiscum non pertinere rescripsit, magisque ait poenae eos, quam fisci servos esse.

13. *PAULUS libro VII. ad legem Iuliam et Papiam.* — Edicto Divi Traiani, quod proposui (2), significatur, ut, si quis, antequam causa eius ad aerarium deferatur, professus esset eam rem, quam possideret, capere sibi non licere, ex ea partem fisco inferret, partem ipse retineret.

§ 1. — Idem postea Edicto significavit, ut, quaecunque professa esset vel palam, vel tacite relictum sibi, quod capere non posset, et probasset iam id ad fiscum pertinere, etiamsi id non possideret, ex eo, quod redactum esset a Praefectis aerario, partem dimidiam ferat.

§ 2. — Nihil autem interest, quae causa impediatur capiendi.

§ 3. — Id autem deferri debet, quod latet, non id, quod fisci est.

§ 4. — Ad heredes eius, qui se detulerat, non videbatur praemium transire; sed Divus Hadrianus rescripsit, ut, licet ante decessisset is, qui se detulerat, antequam id, quod detulerat, fisco addiceretur, heredi eius praemium daretur.

§ 5. — Extat eiusdem Hadriani Epistola, ut, si is, qui se deferre poterat, morte praeventus fuerit, heres eius, si detulerit, praemium consequatur; si tamen, inquit, liquebit defunctum eius animi fuisse, ut se vellet deferre; si vero idcirco dissimulaverit, dum rem occultari sperat, heredem eius ultra vulgare praemium nihil consecuturum.

9. *EL MISMO; Respuestas, libro XVII.* — Lucio Ticio hizo herederos de nueve dozavos á su hermana, y de las restantes porciones á su mujer Mevia y á su suegro; habiendo nacido un póstumo quedó roto su testamento; el cual póstumo falleció también á poco, y de esta suerte toda la herencia fué pasada á la madre del póstumo; la hermana del testador acusó á Mevia de haber envenenado á Lucio Ticio; no habiendo vencido apeló; entre tanto falleció la reo, pero no obstante se dieron las dimisorias; pregunto, si crees que fallecida la reo se ha de dar por terminado el conocimiento de la apelación por haber sido adquirida la herencia. Modestino respondió, que, extinguido el delito por la muerte de la reo, podía competirle al fisco la persecución de lo que se puede probar que fué adquirido por el delito.

10. *EL MISMO; De las Prescripciones, libro único.* — No creo que delinque el que en cuestiones dudosas hubiere respondido con facilidad contra el fisco.

11. *JAVOLENO; Epistolas, libro IX.* — No pueden pertenecerle al fisco ningunos bienes, sino los que les han de sobrar á los acreedores; porque se entiende que son bienes de alguno lo que sobra de las deudas.

12. *CALISTRATO; De las Jurisdicciones, libro VI.* — A los condenados á las minas se les quita la libertad, siendo también castigados con los azotes que los esclavos. Mas el Divino Pio respondió por rescripto, que por medio de tales personas no se adquiría nada para el fisco; y por lo tanto, lo que se le había legado al que después había sido condenado á las minas, respondió por rescripto que no le pertenecía al fisco, y dice que más bien eran ellos esclavos de la pena, que del fisco.

13. *PAULO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro VII.* — En un Edicto del Divino Trajano, que publiqué, se expresa, que si alguno, antes que su causa fuese delatada al Erario, hubiese manifestado que no le era lícito adquirir la cosa que poseía, entregará parte de ella al fisco, y él retendrá la otra parte.

§ 1. — El mismo declaró después en un Edicto, que cualquiera mujer que hubiese declarado que se le dejó pública ó tacitamente cosa que no podía adquirir, y que hubiese probado ya que aquella pertenecía al fisco, tome, aunque ella no lo posea, la mitad de lo que hubiese sido recogido para el Erario por los Prefectos.

§ 2. — Mas nada importa cual sea la causa que impida el derecho de adquirir.

§ 3. — Pero se debe delatar lo que está oculto, no lo que es del fisco.

§ 4. — No se consideraba que el premio pasaba á los herederos del que se había delatado; pero el Divino Adriano resolvió por rescripto, que aunque el que se había delatado hubiese fallecido antes que fuese adjudicado al fisco lo que había delatado, se le diese el premio á su heredero.

§ 5. — Hay una Epistola del mismo Adriano, para que, si el que se podía denunciar hubiere sido sorprendido por la muerte, consiga el premio su heredero, si se hubiere delatado; pero esto, dice, si apreciarse que el difunto tuvo la intención de querer delatarse; pero si lo hubiere disimulado, esperando ocultar la cosa, su heredero no conseguirá nada más sobre el premio ordinario.

(1) *Taur.*; persona, el código *Fl.*, *Br.*

(2) *proposuit, Hal. Vulg.*

§ 6.—Item Divi Fratres rescripserunt, heredes eorum, quibus tacitum fideicommissum relictum est, ita demum ex beneficio Traiani deferre se posse, si is, cui datum fuerat, morte praeventus esset, et ideo per angustias temporis deferre se non poterit.

§ 7.—Quum ante apertum testamentum tacitum fideicommissum nuntiatum esset ab his, qui fidem tacitam susceperunt, deinde post apertas (1) a fideicommissario delatum esset, Divus Antoninus recipi professionem eius iussit; neque enim dignam esse praemio tam praecipitem festinationem prioris; et quum quis se nuntiet non capere, potius confiteri de suo iure, quam aliud (2) deferre videtur.

§ 8.—Ad eos beneficium Traiani pertinet, qui ex defuncti voluntate relictum sibi capere non possunt; ergo nec illud, quod servo meo relictum est, deferre potero.

§ 9.—Eos, qui quasi indigni repelluntur, summovendos esse ab eiusmodi praemio, id est eos, qui de inofficioso egerunt, vel falsum dixerunt testamentum, qui usque ad finem litis oppugnaverunt testamentum.

§ 10.—Ei, qui per errorem se detulit, quum capere solidum posset, non nocere hoc Divus Hadrianus, et Divus Pius, et Fratres rescripserunt.

14. GAIUS libro XI. ad legem Iuliam et Papiam. —Dicitur, ex asse hereditates ex Silaniano (3) quum fisco vindicasset, ut (4) nec libertates, nec legata tueatur; quod aperte nullam habet rationem, quum ex quibuslibet aliis causis fisco vindicatis hereditatibus et libertates, et legata maneat.

15. IUNIUS (5) MAURICIANUS (6) libro III. ad legem Iuliam et Papiam. —Senatus censuit, si delator abolitionem petat, quod errasse se dicat, ut idem iudex cognoscat, an iusta causa abolitionis sit. Et si errasse videbitur, det imprudentiae veniam, si autem calumniae, hoc ipsum iudicet (7), eaque causa accusatori perinde cedat, ac si causam egisset et prodidisset (8).

§ 1.—Si quis delatorem subiecerit, tantum in aerarium deferat, quantum praemii nomine delator consecuturus fuisset, si vicisset.

§ 2.—Divus Hadrianus rescripsit, eandem poenam delatorem ferre debere, si citatus ad Edictum non responderit, qua teneretur, si causam non probasset.

§ 3.—Senatus Hadriani temporibus censuit, quum quis se ad aerarium detulerit, quod capere non poterit, ut totum in aerarium colligatur, et ex eo pars dimidia sibi secundum beneficium Divi Traiani restituatur.

§ 4.—Quodsi tribus Edictis a Praefecto aerario adesse delator iussus venire noluerit, secundum possessorem sit pronuntiandum; sed ab eo, qui ita adesse iussus respondente possessore non adfuerit, tantum exigendum, quantum apud aerarium ex ea

§ 6.—También resolvieron por rescripto los Divinos Hermanos, que los herederos de aquellos á quienes se les dejó un fideicomiso tácito, podían delatarse en virtud del beneficio de Trajano, solamente si hubiese sido sorprendido por la muerte aquel á quien había sido dado, y por ello no hubiere podido por lo angustioso del tiempo delatarse.

§ 7.—Cuando antes de abierto un testamento hubiese sido denunciado un fideicomiso tácito por los que aceptaron el tácito encargo, y después de abierto hubiese sido delatado por el fideicomisario, dispuso el Divino Antonino que se admitiese la declaración de éste; porque no es digno de premio tan precipitado apresuramiento del primero; y cuando uno se denuncia incapaz de adquirir, más bien parece que confiesa respecto á su derecho, que no que denuncia otra cosa.

§ 8.—El beneficio de Trajano se refiere á los que no pueden adquirir lo que se les dejó por voluntad del difunto; luego tampoco podré denunciar lo que fué dejado á un esclavo mio.

§ 9.—Los que son rechazados como indignos han de ser excluidos de este premio, esto es, los que ejercitaron la acción de inoficioso, ó acusaron de falso el testamento, que hasta el fin del litigio impugnaron el testamento.

§ 10.—El Divino Adriano, y el Divino Pio, y los Hermanos resolvieron por rescripto, que al que por error se delató, pudiendo adquirir la totalidad, esto no le perjudicaba.

14. GAYO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro XI. — Se dice, que cuando el fisco hubiese reivindicado en virtud del Senadoconsulto Silaniano herencias en su totalidad, no ampara ni las manumisiones ni los legados; lo que claramente no tiene razón alguna, porque, reivindicadas para el fisco las herencias por virtud de otras causas cualesquiera, subsisten las manumisiones y los legados.

15. JUNIO MAURICIANO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro III. — Decretó el Senado, que si el delator pidiera la abolición, porque dijera que él erró, conozca el mismo juez sobre si hay justa causa para la abolición. Y si pareciere que erró, conceda perdón á la imprudencia, pero si fuese por calumnia, juzgue sobre esto mismo, y vaya esta causa á riesgo del acusador lo mismo que si éste hubiese sostenido la causa y delatado.

§ 1.—Si alguno hubiere puesto á otro como delator, pague al erario tanto cuanto á título de premio hubiese de haber conseguido el delator, si hubiese vencido.

§ 2.—Resolvió por rescripto el Divino Adriano, que el delator, si citado no hubiere respondido al Edicto, debe sufrir la misma pena á que estaria sujeto, si no hubiese probado la causa.

§ 3.—Decretó el Senado en tiempos de Adriano, que cuando alguno se hubiere denunciado al erario porque no pudiese adquirir, sea todo aplicado al erario, y á él se le entregue de aquello la mitad conforme al beneficio del Divino Trajano.

§ 4.—Pero si el delator á quien por tres Edictos del Prefecto del erario se le mandó que compareciera no hubiere querido comparecer, se ha de fallar á favor del poseedor; pero del que, habiéndosele así mandado que compareciera no se hubiere pre-

(1) tabulas, inserian Hal. Vulg.

(2) altum, Hal. Vulg.

(3) Syllaniano, Vulg.

(4) quod, Hal. Vulg.

(5) Iulius, Hal. Vulg.

(6) Taur. según corrección del código Fl.; Marcianus, la escritura original, Br.

(7) vindicet, Vulg.

(8) prodidisset, considerase añadida por antiguos copistas; perdidisset, Vulg.

causa, quam detulerit, remaneret, si professionem eam implesset.

§ 5.—Senatus censuit, ut perinde rationes ad aerarium deferat is, a quo tota hereditas fisco evicta est, vel universa legata, atque is deferre deberet, a quo pars hereditatis vel legati evicta sit.

§ 6.—Si quis arguetur falsas rationes detulisse, de eo Praefectus aerarii cognoscat, quantam fraudem invenerit, ut tantam pecuniam in aerario iubeat inferri.

16. **ULPIANUS libro XVIII. ad legem Iuliam et Papiam.**—Ait Divus Traianus: «quicumque profusus fuerit». «Quicumque» accipere debemus tam masculinum, quam feminam; nam feminis quoque, quamvis delationibus prohibentur, tamen ex beneficio Traiani deferre se permissum est. Nec non illud aequae non intererit, cuius aetatis sit is, qui se deferat, utrum iustae, an pupillaris; nam pupillis etiam permittitur deferre se, ex quibus non capiunt.

17. **MODESTINUS libro II. de Poenis.**—In summa sciendum est, omnium fiscalium poenarum petitionem creditoribus postponi.

18. **MARCIANUS libro singulari de Delatoribus.**—Deferre non possunt mulieres propter sexus infirmitatem; et ita sacris Constitutionibus cautum est.

§ 1.—Item clarissimi viri deferre non possunt.

§ 2.—Item damnati deferre non possunt, ut Divi Fratres de eo rescripserunt, qui fustibus caesus in opus publicum erat datus.

§ 3.—Item Constitutionibus Principum prohibentur deferre illi, qui in metallum dati sunt; hoc ideo, ne desperati ad delationem facile possint sine causa confugere.

§ 4.—Sed eas causas, quas ante damnationem coeperunt deferre, posse eos etiam post damnationem exsequi, rescriptum est.

§ 5.—Veterani quoque sacris Constitutionibus delatores esse prohibentur, propter honorem utique et merita militiae.

§ 6.—Item milites propter honorem stipendiorum, quae merent (1), deferre prohibentur.

§ 7.—Sed communem causam sibi cum fisco quis deferre potest, hoc est vindicare (2); nec per hoc famosus est, licet in causa sua non obtinuerit.

§ 8.—Item eos, qui tutores vel curatores fuerunt, non oportere deferre causa (3) pupillorum vel adolescentium suorum, Divi Severus et Antoninus rescripserunt. Quod consequens est observari et in eo, qui quasi procurator negotia gessit; et ita iidem Principes rescripserunt. Iidem decreverunt, nulla Constitutione prohibitum esse procuratorem interrogari; sed accusare eum, cuius negotia gessit, et tutorem, qui aut detulit, aut mandavit, severissime puniendum rescripserunt.

sentado al responder el poseedor, se ha de exigir tanto cuanto en poder del erario quedaria por la causa que hubiere delatado, si hubiese probado su declaracion.

§ 5.—Decretó el Senado, que aquel de quien se hizo evicción de toda la herencia para el fisco, ó de todos los legados, dé cuentas al erario lo mismo que deberia darlas aquel de quien se hubiera hecho evicción de parte de la herencia ó de un legado.

§ 6.—Si alguno fuere acusado de haber presentado falsas cuentas, conozca de ello el Prefecto del erario, para que mande que por cuanto fraude hubiere hallado se le pague al erario otra tanta cantidad.

16. **ULPIANO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro XVIII.**—Dice el Divino Trajano: «cualquiera que hubiere declarado». «Cualquiera», debemos entenderlo tanto varón como hembra; porque también á las mujeres, aunque les están prohibidas las delaciones, se les permitió, sin embargo, delatarse por el beneficio de Trajano. Y tampoco igualmente importará de qué edad sea el que se delata, si legítima ó pupilar; porque también á los pupilos se les permite delatarse por las cosas que no pueden adquirir.

17. **MODESTINO; De las Penas, libro II.**—En suma, se ha de saber, que la petición de todas las penas fiscales es propuesta á los acreedores.

18. **MARCIANO; De los Delatores, libro único.**—No pueden delatar las mujeres por razón de la debilidad de su sexo; y así se dispuso en las sacras Constituciones.

§ 1.—Tampoco pueden delatar los varones muy esclarecidos.

§ 2.—Tampoco pueden delatar los condenados, como resolvieron por rescripto los Divinos Hermanos respecto del que fustigado habia sido condenado á las obras públicas.

§ 3.—Asimismo, en las Constituciones de los Principes se prohibe que delaten los que fueron condenados á las minas; y esto, para que desesperados no se puedan lanzar fácilmente á delación sin causa.

§ 4.—Pero se resolvió por rescripto, que aun después de la condenación podian ellos proseguir las causas que antes de la condenación comenzaron á delatar.

§ 5.—También se prohibe en las sacras Constituciones que los veteranos sean delatores, por razón ciertamente de honor y méritos de la milicia.

§ 6.—También se les prohibe á los militares que delaten por razón de los estipendios, que obtienen.

§ 7.—Mas cualquiera puede delatar, esto es, vindicar, una causa común á él con el fisco; y no es por esto infame, aunque en su propia causa no hubiere vencido.

§ 8.—Asimismo resolvieron por rescripto los Divinos Severo y Antonino, que los que fueron tutores ó curadores no debían delatar por causa de sus pupilos ó adolescentes. Lo que es consiguiente que se observe también respecto al que como procurador fué gestor de negocios; y así lo resolvieron por rescripto los mismos Principes. Los mismos decretaron, que por ninguna Constitución se prohibió que fuese interrogado un procurador; pero resolvieron por rescripto, que se debía castigar severísimamente al que acuse á aquél de cuyos negocios fué gestor, y al tutor que delató, ó que lo mandó.

(1) merentur, Hal.

(2) hoc est vindicare, omitelas Hal.

(3) causam, Hal. Vulg.

§ 9.—Sed ne quidem is, qui aliquam vendidit rem, eandem deferre debet vel per se, vel per subiectam personam, ne alioquin poenam patiat dignam suae personae; ut et constitutum esse refertur.

§ 10.—Papinianus tam libro sexto, quam undecimo Responsorum scribit, ita demum publicam auferri pecuniam ei, qui, quum erat creditor, in solutum pecuniam accepit, si aut sciebat, quum accipiebat, publicum quoque esse debitorem, aut postea cognovit, antequam consumeret pecuniam. Sed placet omnimodo ei pecuniam auferendam esse, etiam si ignoravit, quum consumeret; et postea quidam (1) Principes directam actionem competere ablata pecunia rescripserunt, ut et Marcellus libro septimo (2) Digestorum scribit.

19. PAPINIANUS libro X. Responsorum. — Denique non esse praestandas usuras, quum pecunia revocatur, convenit, quoniam res, non persona convenitur;

20. IDEM libro XI. Responsorum. — sed revocata pecunia in fideiussorem liberatum utilis actio dabitur.

21. PAULUS (3) libro III. Quaestionum. — Titius, qui mihi sub pignoribus pecuniam debebat, quum esset fisci debitor, solvit mihi quae debebat; postea fiscus iure suo usus abstulit mihi pecuniam; quaerebatur, an liberata essent pignora. Marcellus recte existimabat, si id, quod mihi solutum est, fiscus abstulit, non competere pignorum liberationem; neque differentiam admittendam esse existimo interesse putantium, id ipsum, quod solutum est, an tantundem repetatur.

22. MARCIANUS (4) libro singulari de Delatoribus. — Res, quae in controversia sunt, non debent a procuratore Caesaris distrahi, sed differenda est eorum venditio, ut Divus quoque Severus et Antoninus rescripserunt. Et defuncto maiestatis reo, parato herede purgare innocentiam mortui, distractionem bonorum suspendi iusserunt. Et generaliter prohibuerunt, rem distrahi a procuratore, quae esset in controversia.

§ 1.—Res autem nexas pignori distrahere procuratores possunt. Sed si ante alii res obligatae sunt iure pignoris, non debet procurator ius creditorum laedere. Sed si quidem superfluum est in re, permittitur procuratori vendere ea lege, ut in primis creditoribus praecedentibus satisfiat, et si quid superfluum est, fisco inferatur, aut si acceperit totum fiscus, solvat ipse; vel simpliciter si vendidit procurator, iubebit pecuniam, quam deberi creditori privato fuerit probatum, exsolvi ei; et ita Divus Severus et Antoninus rescripserunt.

§ 2.—Lites donatas se non suscipere Divus Pius rescripsit, licet bona relicturum se quis profiteatur, vel partem bonorum donatam (5) non suscipere; et adiecit, et illum dignum fuisse puniri pro tam turpi, tamque invidioso commento, et, nisi durum

§ 9.—Pero ciertamente tampoco el que vendió alguna cosa debe denunciarla por sí, ó por interpuesta persona, á fin de que de otra suerte no sufra la pena digna de su persona; como se dice que también se determinó.

§ 10.—Escribe Papiniano así en el libro sexto como en el décimo de sus Respuestas, que al que siendo acreedor recibió dinero en pago se le quita el dinero debido al erario, solamente si ó sabía cuando lo recibía, que también el deudor lo era del fisco, ó si lo supo después, antes de consumir el dinero. Mas está determinado que de todos modos se le ha de quitar el dinero, aun si lo ignoró al consumirlo; y algunos Principes resolvieron por rescripto, que quitado el dinero compete después la acción directa, según escribe también Marcelo en el libro séptimo del Digesto.

19. PAPINIANO; Respuestas, libro X.—Finalmente, conviene que no se hayan de pagar intereses cuando es reclamado el dinero, porque es demandada la cosa no la persona;

20. EL MISMO; Respuestas, libro XI.—pero reclamado el dinero se dará la acción útil contra el fiador que quedó libre.

21. PAULO; Cuestiones, libro III.—Ticio, que, siendo deudor del fisco, me debía dinero bajo prendas, me pagó lo que me debía; después el fisco, usando de su derecho, me quitó el dinero; se preguntaba, si habrían quedado libres las prendas. Marcelo estimaba con razón, que, si el fisco me quitó lo que se me pagó, no competía la liberación de las prendas; y no opino que se haya de admitir la diferencia de los que creen que se repetirá lo mismo que se pagó, ú otro tanto.

22. MARCELO; De los Delatores, libro único.—Los bienes que están en controversia no deben ser enajenados por el procurador del César, sino que ha de ser diferida su venta, como resolvieron por rescripto también el Divino Severo y Antonino. Y habiendo fallecido un reo de lesa majestad, y estando dispuesto el heredero á purgar la inocencia del difunto, mandaron que se suspendiera la enajenación de los bienes. Y en general prohibieron que por el procurador fuera enajenada cosa, que estuviese en controversia.

§ 1.—Mas los procuradores pueden enajenar las cosas obligadas en prenda. Pero si las cosas fueron obligadas antes á otro con derecho de prenda, no debe lesionar el procurador el derecho de los acreedores. Mas si ciertamente hubiera sobrante en aquella cosa, se le permite al procurador venderla con la condición de que ante todo satisfaga á los acreedores anteriores, y si queda algún sobrante sea aplicado al fisco, ó si el fisco lo hubiere recibido todo, pague él mismo; ó simplemente, si el procurador vendió, mandará que se le pague el dinero que se hubiere probado que se le debe al acreedor privado; y así lo resolvieron por rescripto el Divino Severo y Antonino.

§ 2.—El Divino Pio resolvió por rescripto, que él no aceptaba litigios donados, aunque alguno declare que él dejará los bienes, ó que no tomaba la parte donada de los bienes; y añadió que también aquél fué digno de ser castigado por tan torpe y tan odio-

(1) quidem, Hal.
(2) sexto, Hal. Vulg.
(3) Catus, Hal.

(4) Marcellus, Vulg.
(5) bonorum, donatum, Vulg.

esse videbatur (1), in ultro venientem poenam statuere.

§ 3.—Sicut renuntiare (2) causam nemo cogitur, ita liberum arbitrium desistendi ei non datur, qui detulit; et ita Divi Severus et Antoninus rescripserunt; et idem esse, licet alieno mandato detulisset. Plane, rescripserunt, delatorem audiendum volentem a lite desistere, si sibi mandatore substractum queratur.

23. CALLISTRATUS libro II. de iure Fisci. — De eo delatore, qui causam solus agere instituerat non habita mentione mandatoris, si postea desistat praetendens mandatore causae decessisse, puniendum Divi Fratres rescripserunt.

24. MARCIANUS libro singulari de Delatoribus.— Non tantum delator punitur, si non probaverit, sed et mandator, quem exhibere debet delator.

25. ULPIANUS libro XIX. ad Sabinum. — Est et decretum ab Imperatore Severo, et constitutum, nullo modo exigendum quem probare, unde habeat, circa delationes fiscales, sed delatorem probare debere, quod intendit.

26. IDEM libro XXXI. ad Sabinum.—Quum quidam capitis reus emancipasset filium, ut hereditatem adiret, rescriptum est, non videri in fraudem fisci factum, quod acquisitum non est.

27. IDEM libro XXXIV. ad Edictum. — Quum mortem maritus uxoris necatae non defendit, Divus Severus rescripsit, dotem fisco vindicandam, prout ad maritum pertineat.

28. IDEM libro III. Disputationum.—Si, qui mihi obligaverat quae habet, habiturusque esset, cum fisco contraxerit, sciendum est, in re postea acquisita fisco potiore esse debere, Papinianum respondisse; quod et constitutum est, praevenit enim causam pignoris fisco.

29. IDEM libro VIII. Disputationum.—Eius, qui delatorem corrumpit, ea conditio est, ut pro victo (3) habeatur; nam in fiscalibus causis id constitutum est. Sed enim haec poena magis est, ut adversus ipsum locum habeat, qui delatorem redemit; ceteroquin adversus heredem eius transire non debet; nec enim exinde perit causa, ex quo redempta est, vel actio perimitur, vel condemnatio facta videtur, verum oportet constare prius, et de crimine pronuntiare. Plane si forte de retractanda causa agatur, quae semel iudicata est per delatoris corruptelam, mortuus corruptor non efficiet, quominus agi possit, atque retractari causa (4); hic enim non poenae, sed causae restitutio est.

§ 1.—Eum, qui falsum testamentum dixit, posse

(1) videatur, *Vulg.*
(2) *Taur.* según la escritura original; nunciare, la corrección del código *Fl., Br.*

so propósito, y que, si no pareciera que es duro, se estableciese una pena contra el que voluntariamente lo hiciera.

§ 3.—Así como nadie es obligado á denunciar una causa, así tampoco se le da el libre arbitrio de desistir al que la delató; y así lo resolvieron por rescripto los Divinos Severo y Antonino; y que era lo mismo, aunque hubiese delatado por mandato ajeno. Y también resolvieron por rescripto, que debía ser oído el delator que quería desistir del litigio, si se querellase de que se le había quitado el mandante.

23. CALISTRATO; *Del Derecho del Fisco, libro II.* — Respecto al delator que había determinado defender el solo la causa, no habiendo hecho mención del mandante, resolvieron los Divinos Hermanos que debía ser castigado, si después desistiera pretendiendo que había fallecido el mandante de la causa.

24. MARCIANO; *De los Delatores, libro único.* — No solamente es castigado el delator, si no hubiere probado, sino también el mandante, á quien debe presentar el delator.

25. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XIX.* — Se decretó, y constituyó por el Emperador Severo, que de ningún modo se ha de exigir en las delaciones fiscales que uno pruebe por qué título tiene, sino que el delator debe probar lo que denuncia.

26. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XXXI.* — Cuando algún reo de pena capital hubiese emancipado á su hijo para que adiese la herencia, se resolvió por rescripto, que no se consideraba que se obró en fraude del fisco respecto á lo que no se adquirió.

27. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIV.* — Cuando el marido no vindica la muerte de su mujer asesinada, resolvió por rescripto el Divino Severo, que la dote ha de ser reivindicada para el fisco, en cuanto le pertenezca al marido.

28. EL MISMO; *Disputas, libro III.* — Si el que me había obligado lo que tiene, y lo que hubiese de tener, hubiere contratado con el fisco, se ha de saber, que respondió Papiniano, que el fisco debe ser preferente en los bienes adquiridos después; lo que también fué objeto de constitución, porque el fisco fué anterior en la causa de la prenda.

29. EL MISMO; *Disputas, libro VIII.* — Es condición del que corrompió al delator, que sea considerado como vencido; porque esto se constituyó en cuanto á las causas fiscales. Pero esta pena más bien existe para que tenga lugar contra el mismo que compró al delator; mas no debe pasar contra su heredero; porque no fenece la causa desde que fué comprada, ó se extingue la acción, ó se considera hecha la condenación, sino que debe constar antes, y fallarse sobre el delito. Mas si acaso se tratara de volver á discutir la causa, que ya una vez fué juzgada por corruptela del delator, el corruptor que hubiere muerto no hará que no se pueda ejercitar la acción, y discutir de nuevo la causa; porque aquí no hay restitución de la pena, sino de la causa.

§ 1.—Es sabido, que el que dice que es falso un tes-

(3) convicto, *Vulg.*
(4) *Taur.*; causam, el código *Fl., Br.*

adire hereditatem constat, sed denegatis ei actionibus fisco locus erit; et obligationes, quas adeundo confudit, non restituuntur.

§ 2.—Nam et in eo, qui post aditam hereditatem defuncti mortem non defendit, Imperator noster cum patre rescripsit, obligationes confusas non resuscitari.

30. MARCIANUS libro III. Institutionum.—Ne procuratores Caesaris bonorum actores (1), quae ad fiscum devoluta sunt, alienent, Imperatores Severus et Antoninus rescripserunt; et si manumissi fuerint, revocantur ad servitutem.

31. IDEM libro IV. Institutionum.—Divus Commodus rescripsit, obsidum bona, sicut (2) captivorum, omnimodo in fiscum esse cogenda.

32. IDEM libro XIV. Institutionum.—Sed si accepto usu togae Romanae ut cives Romani semper egerint, Divi Fratres procuratoribus hereditatum rescripserunt, sine dubitatione ius eorum ab obsidibus (3) conditione separatum esse beneficio principali; ideoque idem ius iis servandum, quod haberent (4), si a legitimis civibus Romanis heredes instituti fuissent.

33. ULPIANUS libro I. Responsorum.—Eum, qui debitoris fisci adiit hereditatem, privilegiis fisci coepisse esse subiectum.

34. MACER (5) libro II. Publicorum (6).—Imperatores Severus et Antoninus Asclepiadi ita rescripserunt: «Tu, qui defensione omissa redimere sententiam maluisti, quum tibi crimen obiiceretur, non immerito quingentos solidos inferre fisco iussum es; omissa enim ipsius causae inquisitione ipse te huic poenae subdidisti; obtinendum est enim, ut hi, quibus negotia fiscalia moventur, ad defensiones causae bona fide veniant, non adversarios aut iudices redimere tentent».

35. POMPONIUS (7) libro XI. Epistolarum.—Apud Iulianum scriptum est: si privatus ad se pertinere hereditatem Lucii Titii dicat, altero eandem hereditatem fisco vindicante, quaeritur, utrum ius fisci ante excutiendum sit, et sustinendae actiones ceterorum, an nihilominus inhibendae petitiones creditorum singulorum, ne publicae causae praeiudicetur. Idque Senatusconsultis (8) expressum est.

36. PAPINIANUS libro III. Responsorum.—Praedii a fisco distractis, praeteriti temporis tributum (9) eorum praediorum onus emtorem spectare placuit.

tamento puede adir la herencia, pero denegadas á él las acciones tendrá lugar el fisco; y no se restituyen las obligaciones que con la adición confundió.

§ 2.—Porque también respecto al que después de adida la herencia no vindica la muerte del difunto, resolvió por rescripto nuestro Emperador juntamente con su padre, que no se resuscitaban las obligaciones que se confundieron.

30. MARCIANO; Instituta, libro III.—Los Emperadores Severo y Antonino resolvieron por rescripto, que los procuradores del César no enajenen los esclavos administradores de bienes, que fueron aplicados al fisco; y si hubieren sido manumitidos, son reducidos de nuevo á esclavitud.

31. EL MISMO; Instituta, libro IV.—El Divino Pío resolvió por rescripto, que los bienes de los rehenes, así como de los cautivos, han de ser aplicados en todos los casos al fisco.

32. EL MISMO; Instituta, libro XIV.—Pero si habiendo aceptado el uso de la toga romana hubieren vivido siempre como ciudadanos romanos, respondieron por rescripto los Divinos Hermanos á los procuradores de las herencias, que sin duda por beneficio del Príncipe quedó separado el derecho de ellos de la condición de los rehenes; y por esto se les debe guardar el mismo derecho que tendrían, si hubiesen sido instituidos herederos por legítimos ciudadanos romanos.

33. ULPIANO; Respuestas, libro I.—El que adió la herencia de un deudor del fisco comenzó á estar sujeto á los privilegios del fisco.

34. MACER; De los Juicios públicos, libro II.—Los Emperadores Severo y Antonino respondieron así por rescripto á Asclepiades: «A tí, que habiendo prescindido de la defensa preferiste comprar la sentencia, cuanto se te imputaba un delito, no sin razón se te mandó que pagases al fisco quinientos sueldos; porque habiendo prescindido de la investigación de la misma causa te sometiste tú mismo á esta pena; porque se ha de observar, que han de acudir de buena fe á la defensa de la causa aquellos á quienes se les promueven cuestiones fiscales, y que no han de intentar comprar á los adversarios ó á los jueces».

35. POMPONIO; Epistolas, libro XI.—Se halla escrito en Juliano: si un particular dijera que á él le pertenecía la herencia de Lucio Ticio, reivindicando otro para el fisco la misma herencia, se pregunta, si se habrá de discutir antes el derecho del fisco, y se han de suspender las acciones de los demás, ó si, no obstante, se han de excluir las peticiones de cada uno de los acreedores, para que no se perjudique á la causa pública. Y esto se expresó en los Senadoconsultos.

36. PAPINIANO; Respuestas, libro III.—Habiendo sido enajenados predios por el fisco, se determinó, que le correspondía como carga al comprador el tributo de los mismos predios respecto al tiempo pasado.

(1) Taur. según el código Fl., en el que se les actoresque, Br.; auctores, el código citado por Br.

(2) Taur. según la escritura original; sicuti, la corrección del código Fl., Br.

(3) obsidum, Vulg.

(4) Hal. Vulg.; habent, el código Fl.

(5) Martianus, Vulg.

(6) Véase la página 767., nota 7.

(7) Ulpianus, Hal.

(8) Senatusconsulto, Hal.

(9) tributum, Vulg.

37. IDEM libro X. Responsorum.—Quod placuit, fisco non esse poenam petendam, nisi creditores suum recuperaverint, eo pertinet, ut privilegium in poena contra creditores non exerceatur, non ut ius commune privatorum fiscus amittat (1).

38. IDEM libro XIII. Responsorum.—Fiscus in quaestione falsi testamenti non obtinuit; priusquam autem ea quaestio decideretur, alio nuntiante bona postea vacare constitit; fructus post primam litem absumi non oportuisse respondi, neque enim ad Senatusconsulti beneficium scriptum heredem pertinere controversia mota.

§ 1.—Delatoris opera non esse functum respondi, qui fisci pecuniam, quam alius tenebat, ad sui temporis administrationem pertinere, quamvis probare non potuisset, contendit, quoniam propriam causam egerat.

39. IDEM libro XVI. Responsorum.—Bona fisco citra poenam exilii perpetuam adjudicari sententia non oportet.

§ 1.—Eum, qui periculum communis condemnationis dividi postulavit, quod participes iudicati solvendo essent, revocatis alienationibus, quas fraudulentamente fecerant (2), non videri causam pecuniae fisco nuntiasset (3), respondi.

40. PAULUS libro XXI. Quaestionum.—Ita fidei heredis commisit: «rogo fundum Titio des, de quo te rogavi»; si Titius capere non possit, non evitabit heres poenam taciti fideicommissi; non enim est palam relinquere, quod ex testamento sciri non potest, quum recitatum est, quemadmodum nec ille palam dat, qui ita scribit: «rogo vos heredes, in eo (4), quod a vobis petii, fidem praestetis». Imo in priore specie maiorem fraudem excogitasse videtur, qui non tantum legem circumvenire voluit, sed etiam interpretationem legis, quae circa tacitum fideicommissum habetur; quamvis enim fundum nominaverit, non tamen cognosci potest, de quo sit rogatus heres, quum diversitas rerum obscurum faciat legatum.

§ 1.—Patronus si tacite in fidem suam recipiat, ut ex portione sua praestet, cessare fraudem dicitur, quia de suo largitur.

41. IDEM libro XXI. Responsorum.—Eum, qui bona vacantia a fisco comparavit, debere actionem, quae contra defunctum competeat, excipere.

42. VALENS (5) libro V. Fideicommissorum.—Arrianus Severus Praefectus aerarii, quum eius, qui tacite rogatus fuerat non capienti fideicommissum reddere, bona publicata erant, propuntiavit, nihilominus ius deferendi ex Constitutione Divi Traiani habere eum, cui fideicommissum erat relictum.

§ 1.—Quia autem nonnulli ingrati adversus beneficium Divi Traiani post professionem quoque de tacito fideicommissum factam cum possessoribus transigunt, atque tribus Edictis evocati non respondent, placuit Senatui, tantum ab eo, qui id fecisset,

(1) admittat, *Vulg.*
(2) fecerat, *Vulg.*
(3) vendicasse, *Vulg.*

37. EL MISMO; Respuestas, libro X.—Lo que se determinó, que no se ha de pedir para el fisco la pena, sino si los acreedores hubieren recobrado lo suyo, tiene por objeto que no se ejercite contra los acreedores el privilegio sobre la pena, no que el fisco pierda el derecho de los particulares.

38. EL MISMO; Respuestas, libro XIII.—El fisco no venció en una cuestión de testamento falso; mas antes que se decidiese la cuestión, denunciando otro los bienes se hizo constar después que eran vacantes; respondi, que no se debieron percibir los frutos después del primer litigio, porque promovida controversia el heredero instituido no está comprendido en el beneficio del Senadoconsulto.

§ 1.—Respondi, que no desempeñó las funciones de delator el que sostuvo que el dinero del fisco, que otro tenía, pertenecía á la administración de su tiempo, aunque no lo hubiese podido probar, porque defendía su propia causa.

39. EL MISMO; Respuestas, libro XVI.—No se deben adjudicar bienes al fisco en sentencia sin pena de destierro perpetuo.

§ 1.—Respondi, que el que pidió que se dividiera la responsabilidad de una condenación común, porque fuesen solventes los participes en lo juzgado, no se consideraba que, revocadas las enajenaciones, que fraudulentamente habían hecho, denunció al fisco causa pecuniaria.

40. PAULO; Cuestiones, libro XXI.—Uno encomendó así fideicomiso á su heredero: «te ruego le des á Ticio el fundo, respecto al que te rogué»; si Ticio no pudiera adquirirlo, el heredero no evitará la pena de fideicomiso tácito; porque no es dejar públicamente lo que no se puede saber por el testamento cuando fué leído, á la manera que tampoco da públicamente el que escribe así: «os ruego, herederos, que presteis fidelidad á lo que os pedí». Antes bien, se considera que en el primer caso imaginó mayor fraude el que quiso no solamente burlar la ley, sino también la interpretación de la ley, que está admitida respecto al fideicomiso tácito; porque aunque hubiere nombrado el fundo, no se puede, sin embargo, conocer respecto á cuál haya sido rogado el heredero, pues la diversidad de las cosas hace obscuro el legado.

§ 1.—Si el patrono aceptó el tácito compromiso de dar de su porción, se dice que deja de haber fraude, porque da de lo suyo.

41. EL MISMO; Respuestas, libro XXI.—El que compró del fisco bienes vacantes debe asumir la acción, que competía contra el difunto.

42. VALENTE; Fideicomisos, libro V.—Habiendo sido confiscados los bienes de aquel á quien tácitamente se le había rogado que restituyera un fideicomiso á quien no podía adquirirlo, declaró Arriano Severo, Prefecto del Erario, que, ello no obstante, tenía en virtud de la Constitución del Divino Trajano derecho para delatar aquel á quien se le había dejado el fideicomiso.

§ 1.—Mas por cuanto algunos ingratos contra el beneficio del Divino Trajano transigen con los poseedores aun después de la manifestación hecha sobre un fideicomiso tácito, y llamados por tres Edictos no responden, plugo al Senado que al que

(4) meos por in eo, *Vulg.*
(5) Iabolenus, *Hal.*

exigi, quantum apud aerarium ex ea causa, quam detulerat, remanere oporteret, si professionem suam impleset, et si possessoris quoque fraus apud Praefectum convicta fuisset, ab eo quoque, quod convictus inferre debuisset, exigi.

43. ULPIANUS libro VI. *Fideicommissorum*. — Imperator noster rescripsit, fiscum in rem habere actiones ex tacito fideicommissio.

44. PAULUS libro I. *Sententiarum*. — Delator non est, qui protegendae causae suae gratia aliquid ad fiscum nuntiat (1).

45. IDEM libro V. *Sententiarum* (2). — In fraudem fisci non solum per donationem, sed quocunque modo res alienatae revocantur; idemque iuris est, et si non quaeratur; aequae enim in omnibus fraus punitur.

§ 1. — Bona eorum, qui in custodia, vel in vinculis, vel compedibus decesserunt, heredibus eorum non auferuntur, sive testato, sive intestato decesserunt.

§ 2. — Eius bona, qui sibi mortem conscivit, non ante ad fiscum coguntur, quam prius constiterit, cuius criminis gratia manus sibi intulerit. Eius bona, qui sibi ob aliquod admissum flagitium mortem conscivit, et manus intulit, fisco vindicantur; quodsi id taedio vitae, aut pudore aeris alieni, vel valetudinis alicuius impatientia admisit, non inquietantur, sed suae successioni (3) relinquuntur.

§ 3. — A debitore fisci in fraudem datas libertates retrahi placuit. Sane ipsum ita ab alio emere mancipium, ut manumittat, non est prohibitum; ergo tunc et libertatem praestare possit.

§ 4. — Ex his bonis, quae ad fiscum delata sunt, instrumenta vel chirographa, acta etiam ad ius privatorum pertinentia, restitui postulantibus convenit.

§ 5. — Neque instrumenta, neque acta a quoquam adversus fiscum edi oportet.

§ 6. — Ipse autem fisco actorum suorum exempla hac conditione edit, ut (ne) is, cui describendi fit potestas, adversus se vel rem publicam his actis utatur; de quo cavere compellitur, ut, si usus is contra interdictum fuerit, causa cadat.

§ 7. — Quoties apud fiscum agitur, actorum potestas postulanda est, ut merito iis uti liceat; eaque manu commentariensis adnotanda sunt; quodsi ea aliter proferantur, is, qui ita protulerit, causa cadit.

§ 8. — Quoties iterum apud fiscum eadem causa tractatur, priorum actorum, quorum usus non fuerat postulatus, ex officio recitatio iure poscetur.

§ 9. — Qui pro alio a fisco conventus debitum exsolvit, non inique (4) postulat persecutionem bonorum eius, pro quo solvit; in quo etiam adiuvari per officium (5) solet.

§ 10. — Fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem negari non placuit;

hubiese hecho esto se le exija tanto cuanto debería quedar en poder del erario por virtud de la causa que había delatado, si hubiese probado su declaración, y que si ante el Prefecto se hubiese probado también fraude del poseedor, se exigiera también de él lo que el convicto hubiese debido pagar.

43. ULPIANO; *Fideicomisos*, libro VI. — Nuestro Emperador resolvió por rescripto, que el fisco tenía acción real en virtud de fideicomiso tácito.

44. PAULO; *Sentencias*, libro I. — No es delator el que para proteger su propia causa denuncia alguna cosa al fisco.

45. EL MISMO; *Sentencias*, libro V. — Se revocan las enajenaciones de bienes hechos en fraude del fisco no solamente por donación, sino de otro cualquier modo; y el mismo derecho hay, también si no se cuestionase; porque el fraude se castiga igualmente en todos.

§ 1. — Los bienes de los que fallecieron bajo custodia, ó aprisionados, ó con grillos, no se les quitan á sus herederos, ya si fallecieron testados, ya si intestados.

§ 2. — Los bienes del que se procuró la muerte no son aplicados al fisco antes que constare por razón de qué delito atentó contra sí mismo. Los bienes del que por razón de algún delito cometido se procuró la muerte y puso mano en sí mismo, son reivindicados para el fisco; pero si hizo esto por tedio de la vida, ó por vergüenza de alguna deuda, ó por no sufrir alguna enfermedad, no serán molestados, sino que se les dejan á sus sucesores.

§ 3. — Se determinó que fuesen revocadas las libertades dadas por un deudor en fraude del fisco. Mas no está ciertamente prohibido que él mismo compre de otro un esclavo para manumitirlo; luego en este caso podrá darle también la libertad.

§ 4. — Respecto á los bienes que fueron denunciados al fisco es conveniente que se les restituyan, á los que los pidan, los instrumentos ó quirógrafos, y también las actas pertenecientes al derecho de los particulares.

§ 5. — Por nadie se deben presentar contra el fisco instrumentos ni actas.

§ 6. — Pero el mismo fisco presenta copias de sus propias actas con esta condición, que ni aquel á quien se le da facultad para copiarlas utilice estas actas contra sí ó contra la República; respecto á lo cual es obligado á dar caución, para que, si él hubiere hecho uso contra lo prohibido, decaiga de su causa.

§ 7. — Siempre que se ejercita acción ante el fisco se ha de pedir copia de las actas, para que con razón sea lícito usar de ellas; y han de ser éstas anotadas de mano del secretario; pero si de otra suerte fueran presentadas, decae de su causa el que así las hubiere presentado.

§ 8. — Siempre que de nuevo se trata ante el fisco la misma causa, se pedirá con derecho la lectura de oficio de las primeras actas cuyo uso no se hubiere pedido.

§ 9. — El que demandado por el fisco en lugar de otro paga la deuda, no sin justicia pide la persecución de los bienes de aquel por quien pagó; en lo que también suele ser ayudado de oficio.

§ 10. — No plugo que á los deudores fiscales que pidieran dilación para procurarse dinero se les de-

(1) denunciast, Hal.

(2) Véase Pauli Sentt. rec. V. 12. § 1.

(3) suo successori, Hal. Vulg.

(4) nonnunquam, Hal.

(5) iudicis, inserta Hal.

cuius rei aestimatio ita arbitrio iudicantis conceditur, ut in maioribus summis non plus, quam tres menses, in minoribus vero non plus, quam duo prorogentur; prolixioris autem temporis spatium ab Imperatore postulandum est.

§ 11.—Si principalis rei bona ad fiscum devoluta sint, fideiussores liberantur, nisi forte minus idonei sint, et in reliquum non exsolutae quantitatis accesserint.

§ 12.—Si plus servatum est ex bonis debitoris a fisco distractis, iure ac merito restitui postulatur.

§ 13.—Conductor ex fundo fiscali nihil transferre potest, nec cupressi materiam vendere, vel olivae non substitutis aliis, ceterasque arbores pomiferas caedere; et facta eius rei aestimatione in quadruplum convenitur.

§ 14.—Minoribus viginti quinque annis neque fundus, neque vectigalia locanda sunt, ne adversus ea beneficio aetatis utantur.

46. HERMOGENIANUS libro VI. Iuris epitomarum.—Aufertur ei quasi indigno successio, qui, quum heres institutus esset ut filius, post mortem eius, qui pater dicebatur, suppositus declaratus est.

§ 1.—Qui aliquid sciens in fraudem fisci suscipit, non solum rem, in qua fraudis ministerium suscepit, sed alterum tantum restituere cogitur.

§ 2.—Quod a Praeside, seu procuratore, vel quolibet alio in ea provincia, in qua administrat, licet per suppositam personam, comparatum est, infirmato contractu vindicatur, et aestimatio eius fisco infertur; nam et navem in eadem provincia, in qua quis administrat, aedificare prohibetur.

§ 3.—Fiscus semper habet ius pignoris.

§ 4.—Qui compensationem opponit fisco, intra duos menses debitum sibi (1) docere debet.

§ 5.—Ut debitoribus fisci quod fiscus debet, compensetur, saepe constitutum est, excepta causa tributaria (2), et stipendiorum, item pretio rei a fisco emtae, et quod ex causa annonaria debetur.

§ 6.—In reatu constitutus bona sua administrare potest, eique debitor recte bona fide solvit.

§ 7.—Actores, qui aliquod officium gerunt in bonis, quae distrahunt, procuratores venundare inconsultis Principibus prohibentur; et si veneant, venditio nullas vires habebit.

§ 8.—Servus Caesaris, si iussu procuratoris adiit hereditatem, Caesari volenti acquirit.

§ 9.—Si multi fisco fraudem fecerint, non ut in actione furti singuli solidum, sed omnes semel (3) quadrupli poenam pro virili portione debent; sane pro non idoneis, qui sunt idonei, conveniuntur.

47. PAULUS libro I. Decretorum.—Moschis quaedam, fisci debitor ex conductione vectigalis, heredes habuerat; a quibus post aditam hereditatem Faria Senilla (4), et alii praedia emerant; quum convenirentur propter Moschidis reliqua, et dice-

negara; la apreciación del caso está concedida al arbitrio del juez, de suerte, que tratándose de sumas mayores no se den de próroga más de tres meses, pero tratándose de las menores no más de dos; mas un espacio mayor de tiempo ha de serle pedido al Emperador.

§ 11.—Si al fisco hubieran sido aplicados los bienes del reo principal quedan libres los fiadores, á no ser acaso que sean menos solventes y hubieren intervenido por el resto de la cantidad no pagada.

§ 12.—Si de los bienes del deudor enajenados por el fisco se cobró más, con derecho y razón se pide que sea restituido.

§ 13.—El arrendatario no puede transferir nada de un fundo fiscal, ni vender la madera de ciprés ó de olivo, ni cortar los demás árboles frutales, no habiéndolos substituido por otros; y hecha la estimación de esto es demandado por el cuádruplo.

§ 14.—A los menores de veinticinco años no se les ha de dar en arriendo fundo ni tributos, á fin de que contra ello no utilicen el beneficio de la edad.

46. HERMOGENIANO; Epítome del Derecho, libro VI.—Se le priva como á indigno de la sucesión al que, habiendo sido instituido heredero como hijo, fué declarado supuesto después de la muerte del que se decía padre.

§ 1.—El que á sabiendas tomó á su cargo alguna cosa en fraude del fisco, es obligado á restituir no solamente la cosa respecto á la que aceptó el encargo del fraude, sino también otro tanto.

§ 2.—Lo que por el Presidente, ó por el procurador, ó por otro cualquiera fué comprado en la provincia en que él administra, aunque por medio de supuesta persona, es reivindicado invalidándose el contrato, y se aplica al fisco su estimación; porque se le prohíbe construir también nave en la misma provincia, en que uno administra.

§ 3.—El fisco tiene siempre derecho de prenda.

§ 4.—El que al fisco le opone compensación debe probar dentro de dos meses lo que á él se le debe.

§ 5.—Muchas veces se dispuso en constituciones, que á los deudores del fisco se les compense lo que debe el fisco, exceptuándose lo debido por causa de tributos y de estipendios, también el precio de cosa comprada del fisco, y lo que se debe por causa de annonas.

§ 6.—El constituido en calidad de reo puede administrar sus propios bienes, y válidamente le paga de buena fe su deudor.

§ 7.—A los procuradores les está prohibido vender, sin haber sido consultados los Príncipes, los esclavos administradores que desempeñan algún cargo en los bienes que enajenan; y si fueran vendidos, no tendrá fuerza alguna la venta.

§ 8.—Un esclavo del César, si adió la herencia por orden del procurador, adquiere para el César, si este lo quiere.

§ 9.—Si muchos hubieren defraudado al fisco, no debe cada uno como en la acción de hurto la totalidad, sino que todos juntos deben por parte viril la pena del cuádruplo; mas por los no solventes son demandados los que son solventes.

47. PAULO; Decretos, libro I.—Una cierta Mósquides, deudora del fisco por arrendamientos de tributos, habia dejado herederos; de quienes después de adida la herencia habian comprado predios Faria Senilla y otros; como fuesen demanda-

(1) Taur. según el códice Fl., en el que se lee sulbi, Br. tributaria, Hal.

(3) simul. el códice citado por Geb.

(4) Semilla, Hal.; Sevilla, Vulg.

bant, heredes Moschidis idoneos esse, et multos alios ex iisdem bonis emisse, aequum putavit Imperator (1), prius heredes convenire debere, (2) in reliquum possessorem omnem; et ita pronuntiavit.

§ 1.—Aemilius Ptolemaeus (3) conduxerat a fisco possessionem, eamque paulatim pluribus locaverat maiore quantitate, quam ipse susceperat; conveniebatur a procuratoribus Caesaris in eam quantitatem, quam ipse perceperit (4); hoc iniquum et inutile fisco videbatur, ut tamen suo periculo ipse eos, quibus locaverat, conveniret; ideoque pronuntiavit, in eam solam quantitatem eum conveniri (5) debere, qua ipse conductor extiterat.

48. *IDEM libro 11. Decretorum.*—Statio Florus testamento scripto heredis suis Pompeii tacitae (6) fidei commiserat, ut non capienti fundum et certam pecuniae quantitatem daret, et eo nomine cautionem a Pompeio exigi curaverat, se restitutum ea, quae ei per praeceptionem dederat; postea idem Florus facto secundo testamento, et eodem Pompeio et Faustino heredibus institutis, nullas praeceptiones Pompeio dederat; haec persona, quae capere non poterat, se detulerat; consulti Imperatores a procuratoribus rescripserant, si non probaretur, mutata voluntate esse, praestandum fideicommissum; atque ita Pompeius condemnatus desiderabat, onus esse id hereditatis oportere, quia praeceptiones non acceperat, nec posse videri pro parte in prima voluntate testatorem perseverasse; sed in universo pronuntiavit, nec testamentum prius extare, nec si dedisset in primo testamento, ex posteriore peti potuisse, nisi petitum esset; placuit, quia non probabat sibi datas praeceptiones, ex sola sua cautione solum fideicommissum praestare debere.

§ 1.—Cornelio Felici mater scripta heres rogata erat restituere hereditatem post mortem suam; quum heres scripta condemnata esset, et a fisco (7) omnia bona mulieris occuparentur, dicebat Felix, se ante poenam esse; hoc enim constitutum est; sed quum (8) nondum dies fideicommissi venisset, quia posset prius ipse mori, vel etiam mater (9) alias res acquirere, repulsus est interim a petitione.

49. *IDEM libro singulari de tacitis fideicommissis.*—Quum tacitum fideicommissum is, cui datum erat, capere se nihil posse detulisset, in quaestionem venit, dodrantis, an totius assis partem dimidiam ex beneficio Divi Traiani recipere debeat. De qua re extat Rescriptum Imperatoris Antonini in haec verba: «Imperator Antoninus Iulio Rufo. Qui tacitam fidem accommodavit, ut non capienti restitueret hereditatem, si deducta parte quarta restituit, nihil retinere debet; quadrans autem, qui heredi imponitur ipsius (10), eripiat, et ad fiscum trans-

dos por residuos de Mósquides, y decían que los herederos de Mósquides eran solventes, y que otros muchos compraron de los mismos bienes, el Emperador juzgó equitativo que debía demandar primeramente á los herederos, y por el déficit á todo poseedor; y así lo declaró.

§ 1.—Emilio Ptolemeo había tomado del fisco en arrendamiento una posesión, y por partes la había dado en arrendamiento á muchos por mayor cantidad, que la que él había tomado á su cargo; era demandado por los procuradores del César por la cantidad que él mismo había percibido; esto parecía injusto é inútil para el fisco, á fin de que él mismo demandase á su propio riesgo á aquellos á quienes les había dado en arrendamiento; y declaró por lo tanto que él debía ser demandado por aquella sola cantidad por que él había sido arrendatario.

48. *EL MISMO; Decretos, libro 11.*—Stacio Floro había encomendado tácitamente á la fidelidad de su heredero Pompeyo en su testamento escrito, que á uno que no podía adquirir le diese un fundo y cierta cantidad de dinero, y había cuidado de que con tal motivo se exigiera á Pompeyo caución de que él restituiría lo que á él le había dado por prelegado; después el mismo Floro habiendo hecho segundo testamento, y habiendo instituido herederos al mismo Pompeyo y á Faustino, no le dió ningunos prelegados á Pompeyo; la persona que no podía adquirir se había delatado; consultados los Emperadores por los procuradores respondieron por rescripto, que, si no se probase que fué cambiada la voluntad, se debía entregar el fideicomiso; y condenado de este modo Pompeyo pretendía, que esta debía ser carga de la herencia, porque él no había recibido prelegados, y no se podía considerar que el testador perseveró en parte en su primera voluntad; pero declaró respecto á todo, que ni subsistía el primer testamento, ni si los hubiese dado en el primer testamento se pudieron pedir por el segundo, á no ser que se hubiese pedido; se determinó, que como no probaba que á él se le dieron prelegados, debía entregar sólo el fideicomiso en virtud de su sola caución.

§ 1.—A una madre instituida heredera se le había rogado que después de su muerte restituyese la herencia á Cornelio Felix; habiendo sido condenada la heredera instituida, y siendo ocupados por el fisco todos los bienes de la mujer, decía Felix, que él estaba antes que la pena; porque esto se hallaba establecido por Constitución; pero como aun no había llegado el día del fideicomiso, porque podría el mismo morir antes, ó también adquirir la madre otros bienes, fué mientras tanto repelido de la petición.

49. *EL MISMO; De los Fideicomisos tácitos, libro único.*—Habiendo denunciado aquel, á quien se le había dado un fideicomiso tácito, que él no podía adquirir nada, surgió la cuestión de si debería percibir por el beneficio del Divino Trajano la mitad de los tres cuartos, ó de toda la herencia. Sobre cuyo particular hay un rescripto del Emperador Antonino en estos términos: «El Emperador Antonino á Julio Rufo. El que prestó su tácita fidelidad para restituir la herencia al que no podía adquirirla, si la restituyó deducida la cuarta parte, no debe

(1) noster, insertat Hal. Vulg.

(2) conveniri ei debere, deinde in reliquum, Hal.

(3) Praetolinus, Vulg.

(4) Taur. según corrección del códice Fl., que dice perceperet, Br.; perceperit, la escritura original.

(5) convenire, Hal.

(6) Taur. según corrección del códice Fl.; tacite, la escritura original, Br.

(7) Vulg.; esset a fisco, et omnia, el códice Fl.

(8) Hal.; si por quum, el códice Fl.

(9) iure por mater, Hal.

(10) ipsi eripiat, Hal. Vulg.

feratur; unde dodrantis semissem solum capit qui se detulit».

50. IDEM libro III. *Decretorum*.— Valerius Patroinus (1) procurator Imperatoris Flavio Stalticio (2) prædia certo pretio addixerat; deinde facta licitatione idem Stalticius (3) recepta ea licitatione obtinuerat, et in vacuum possessionem inductus erat; de fructibus medio tempore perceptis quaerebatur; Patroinus (4) fisci esse volebat. Plane si medio tempore inter primam licitationem, et sequentem adiectionem (5) percepti fuissent, ad venditorem pertinere; sicut solet dici, quum in diem addictio facta est, deinde melior conditio allata est; nec moveri debemus (6), quod idem fuisset, cui et primo addicta fuerant prædia. Sed quum utraque addictio intra tempus vindemiarum facta fuisset, recessum est ab hoc tractatu; itaque placebat, fructus emtoris esse. Papinianus et Messius novam sententiam induxerunt, quia sub colono erant prædia, iniquum esse fructus ei auferri universos; sed colonum quidem percipere eos debere, emtorem vero pensionem eius anni accepturum, ne fiscus colono teneretur, quod ei frui non licuisset, atque si hoc ipsum in emendo convenisset; pronuntiavit tamen secundum illorum opinionem, quod quidem (7) domino colerentur, universos fructus habere (8), si vero sub colono, pensionem accipere (9). Tryphonino (10) suggerente, quid putaret (11) de aridis fructibus, qui ante praecepti (12) in prædiis fuissent, respondit, si nondum dies pensionis venisset, quum addicta sunt, eos quoque emtorem accepturum.

TIT. XV

DE CAPTIVIS, ET DE POSTLIMINIO, ET
REDEMTIS AB HOSTIBUS
[Cf. Cod. VIII. 51. (50.)]

1. MARCELLUS libro XXII. *Digestorum*.— Quod servus eius, qui ab hostibus captus est, postea stipulatus est, aut si legatum sit servo eius, postquam ille ad hostes pervenit, hoc habebunt heredes eius, quia et si captivitatis tempore decessisset, acquisitum foret heredi.

2. IDEM libro XXXIX. *Digestorum*.— Navibus longis atque onerariis propter belli usum postliminium est, non piscatoriis, aut si quas (13) actuarias voluptatis causa paraverunt.

§ 1.—Equus item, aut equa freni patiens recipitur postliminio; nam sine culpa equitis proripere se potuerunt.

§ 2.—Non idem in armis iuris est, quippe nec

(1) Patronus, Hal.; Patronus, Vulg.
(2) Statilelo, Vulg.
(3) Stalticius, Vulg.
(4) Véase la nota 1.
(5) adiectionem, Hal. Vulg.
(6) Hal. Vulg.; deberemus, el códice Fl.
(7) quod si quidem a domino, Vulg.
(8) haberet, Vulg.

retener nada; mas quítese la cuarta parte que se le aplica al heredero del mismo, y sea transferida al fisco; por lo que el que á sí mismo se delató adquiere solamente la mitad de los tres cuartos».

50. EL MISMO; *Decretos, libro III.*— Valerio Patroino, Procurador del Emperador, había adjudicado por cierto precio unos predios á Flavio Stalticio; después, hecha licitación, el mismo Stalticio, admitida la licitación había vencido, y sido puesto en la vácuca posesión; se cuestionaba respecto á los frutos percibidos en el tiempo intermedio; Patroino queria que fuesen del fisco. A la verdad, si hubiesen sido percibidos en el tiempo intermedio entre la primera licitación y la siguiente adjudicación, pertenecen al vendedor; como se suele decir, cuando se hizo la adjudicación á término, y después se ofreció mejor condición; y no debemos vacilar porque hubiese sido el mismo á quien primeramente le habían sido adjudicados los predios. Pero cuando ambas adjudicaciones hubiesen sido hechas dentro del tiempo de las vendimias, hubo alejamiento de esta cuestión; y así se determinaba, que los frutos eran del comprador. Papiniano y Messio introdujeron una nueva opinión, porque como los predios estaban en poder de colono, era injusto que se le quitasen todos los frutos; sino que el colono debía ciertamente percibirlos, y recibir el comprador la pensión de este año, para que el fisco no quedase obligado al colono, porque no le hubiese sido lícito disfrutar, de igual suerte que si esto mismo se hubiese convenido al comprar; pero declaró conforme á la opinión de aquéllos, que si ciertamente fuesen cultivados para el dueño, tuviese todos los frutos, pero que si por colono, recibiese la pensión. Preguntando Trifonino qué opinaba respecto á los frutos secos que hubiesen sido cogidos antes en los predios, respondió, que si aun no hubiese llegado el día de la pensión, cuando fueron adjudicados los predios, también había de percibirlos el comprador.

TÍTULO XV

DE LOS CAUTIVOS, Y DEL POSTLIMINIO, Y DE LOS
RESCATADOS DE LOS ENEMIGOS
[Véase Cód. VIII. 51.—(50.)]

1. MARCELO; *Digesto, libro XXII.*—Lo que el esclavo del que fué aprisionado por los enemigos estipuló después, ó si á su esclavo se le hubiera hecho un legado después que aquél cayó en poder de los enemigos, lo tendrán los herederos de aquél, porque también si hubiese fallecido durante el tiempo del cautiverio, sería adquirido para el heredero.

2. EL MISMO; *Digesto, libro XXXIX.*— Hay el postliminio para las naves grandes y de carga por razón de su uso para la guerra, no para las pescadoras, ó para las ligeras que algunos hicieron para recreo.

§ 1.—También el caballo, ó la yegua que admite freno, son recobrados por el postliminio; porque pudieron escaparse sin culpa del caballero.

§ 2.—No hay el mismo derecho respecto á las ar-

(9) acciperet, Vulg.
(10) Tryphonio, Vulg.
(11) putarem, Hal.
(12) Taur. según la escritura original; percepti, la corrección del códice Fl., Br.
(13) Taur. según corrección del códice Fl.; quis, la escritura original, Br.

sine flagitio amittuntur; arma enim postliminio reverti negatur, quod turpiter amittantur,

3. POMPONIUS (1) *libro XXXVII. ad Quintum Mucium.*—item vestis (2).

4. MODESTINUS *libro III. Regularum.*—Eos, qui ab hostibus capiuntur, vel hostibus deduntur (3), iure postliminii reverti, antiquitus placuit. An qui hostibus deditus reversus, nec a nobis receptus, civis Romanus sit, inter Brutum et Scaevolam varie tractatum est; et consequens est, ut civitatem non adipiscatur.

5. POMPONIUS (4) *libro XXXVII. ad Quintum Mucium.*—Postliminii ius competit aut in bello, aut in pace.

§ 1.—In bello, quum hi, qui nobis hostes sunt, aliquem ex nostris ceperunt, et intra praesidia sua perduxerunt; nam si eodem bello is reversus fuerit, postliminium habet, id est, perinde omnia restituntur ei iura, ac si captus ab hostibus non esset; antequam in praesidia perducatur hostium, manet civis; tunc autem reversus intelligitur, si aut ad amicos nostros perveniat, aut intra praesidia nostra esse coepit.

§ 2.—In pace quoque postliminium datum est; nam si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque foedus amicitiae causa factum habemus, hi hostes quidem non sunt; quod autem ex nostro ad eos pervenit, illorum fit, et liber homo noster ab iis captus servus fit et eorum. Idemque est, si ab illis ad nos aliquid perveniat; hoc quoque igitur casu postliminium datum est.

§ 3.—Captivus autem, si a nobis manumissus fuerit, et pervenerit ad suos, ita demum postliminio reversus intelligitur, si malit eos sequi, quam in nostra civitate manere; et ideo in Atilio Regulo, quem Carthaginenses Romam miserunt, responsum est, non esse eum postliminio reversum, quia iuraverat Carthaginem reversurum, et non habuerat animum Romae remanendi. Et ideo in quodam interprete (5) Menandro, qui, posteaquam apud nos manumissus erat, missus est ad suos, non est visa necessaria lex, quae lata est de illo, ut maneret civis Romanus; nam sive animus ei fuisset remanendi apud suos, desineret esse civis, sive animus fuisset revertendi, maneret civis, et ideo esset lex supervacua.

6. IDEM *libro I. ex variis Lectionibus.*—Mulier in opus salinarum ob maleficium data, et deinde a latrunculis exterae gentis capta, et iure commercii vendita ac redempta, in causam suam recidit; Cocceio autem Firmo centurioni pretium ex fisco reddendum est.

7. PROCULUS *libro VIII. Epistolarum.*—Non dubito, quin foederati et liberi nobis externi (6) sint,

(1) Papinianus, *Hal.*

(2) Después de esta ley hay en blanco línea y media, lo que parecía que se debía notar, como cosa extraordinaria, *Br.*

(3) ab hostibus deducuntur, *Hal. Vulg.*

mas, porque no se pierden sin culpa; pues se deniega que sean recuperadas por derecho de postliminio las armas, porque se pierden torpemente,

3. POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro XXXVII.*—y asimismo los vestidos.

4. MODESTINO; *Reglas, libro III.*—Plugo de antiguo, que los que son aprisionados por los enemigos, ó se entregan á los enemigos, regresen con derecho de postliminio. Entre Bruto y Scévola se opinó con diversidad sobre si sería ciudadano romano el que habiéndose entregado á los enemigos volvió, y no fué recibido por nosotros; y es consiguiente que no adquiriera la ciudadanía.

5. POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro XXXVII.*—Compete el derecho de postliminio ó en guerra ó en paz.

§ 1.—En guerra, cuando los que son nuestros enemigos cogieron á alguno de los nuestros, y se lo llevaron á sus fortificaciones; porque si en la misma guerra hubiere vuelto aquél, tiene el postliminio, esto es, se le restituyen todos los derechos lo mismo que si no hubiese sido aprisionado por los enemigos; antes que haya sido llevado á las fortificaciones de los enemigos, permanece siendo ciudadano; mas se entiende que regresó, si llegara á donde hay amigos nuestros, ó si comenzó á estar dentro de nuestras fortificaciones.

§ 2.—También en la paz se dió el postliminio; porque si con algún pueblo no tenemos amistad, ni hospitalidad, ni pacto hecho por causa de amistad, éstos no son ciertamente enemigos; mas lo que de lo nuestro va á poder de ellos se hace de ellos, y un hombre libre nuestro aprisionado por ellos se hace también de ellos. Y lo mismo es, si de ellos llegara alguna cosa á nuestro poder; así, pues, también en este caso se dió el postliminio.

§ 3.—Mas el cautivo, si hubiere sido manumitido por nosotros, y llegare á los suyos, se entiende que volvió con el postliminio, solamente si prefiriera seguirlos á estar en nuestra ciudadanía; y por esto se respondió respecto á Atilio Régulo, á quien los cartagineses enviaron á Roma, que no volvió con el postliminio, porque había jurado que regresaría á Cartago, y no había tenido intención de quedarse en Roma. Y por esto, en cuanto á cierto intérprete Menandro, que después que había sido manumitido por nosotros fué enviado á los suyos, no se consideró necesaria la ley, que se promulgó respecto á él, para que permaneciese siendo ciudadano romano; porque si hubiese tenido intención de permanecer entre los suyos, dejaría de ser ciudadano, y si hubiese tenido intención de volver, permanecería siendo ciudadano, y sería, por lo tanto, superflua la ley.

6. EL MISMO; *Lecturas varias, libro I.*—Una mujer condenada por delito al trabajo en las salinas, y aprisionada después por ladrones de nación extranjera, vendida y rescatada por derecho de comercio, volvió á su propia condición; mas se le ha de restituir del fisco el precio al centurión Cocceyo Firmo.

7. PROCULO; *Epistolas, libro VIII.*—No dudo que los federados y libres son extranjeros para nosotros,

(4) Véase la nota 1.

(5) *Taur. según corrección del códice Fl., Br.; interpretex, la escritura original.*

(6) non, insertan *Hal. Vulg.*

nec inter nos atque eos postliminium esse; etenim quid inter nos atque eos postliminio opus est, quum et illi apud nos et libertatem suam, et dominium rerum suarum aequae atque apud se retineant, et eadem nobis apud eos contingant?

§ 1.—Liber autem populus est is, qui nullius alterius populi potestati est subiectus, sive is (1) foederatus est, item sive aequo foedere in amicitiam venit, sive foedere comprehensum est, ut is populus alterius populi maiestatem comiter (2) conservaret; hoc enim adicitur, ut intelligatur, alterum populum superiorem esse, non ut intelligatur, alterum non esse liberum; et quemadmodum clientes nostros intelligimus liberos esse, etiam si neque auctoritate, neque dignitate, neque ut viri boni nobis praesunt (3), sic eos, qui maiestatem nostram comiter (4) conservare debent, liberos esse intelligendum est.

§ 2.—At fiunt apud nos rei ex civitatibus foederatis, et in eos damnatos animadvertimus.

8. PAULUS libro III. ad legem Iuliam et Papiam.—Non ut a patre filius, ita uxor a marito iure postliminii recuperari potest, sed tunc, quum et voluerit mulier, et adhuc alii post constitutum tempus nupta non est; quodsi noluerit (5) nulla causa probabiliter interveniente, poenis discidium (6) tenebitur.

9. ULPIANUS (7) libro IV. ad legem Iuliam et Papiam.—Apud hostes susceptus filius si postliminio redierit, filii iura habet; habere enim eum postliminium nulla dubitatio est post Rescriptum (8) Imperatoris Antonini et Divi Patris eius ad Ovinium Tertullum (9), Praesidem Provinciae Mysiae inferioris (10).

10. PAPIANUS libro XXIX. Quaestionum.—Pater instituto impuberi filio substituerat, et ab hostibus captus ibi decessit; postea defuncto impubere legitimum admitti quibusdam videbatur, neque tabulas secundas in eius persona locum habere, qui vivo patre sui iuris effectus fuisset; verum huic sententiae refragatur iuris ratio, quoniam, si pater, qui (non) rediit, iam tunc decessisse intelligitur, ex quo captus est, substitutio suas vires necessario tenet.

§ 1.—Si mortuo patre capiatur impubes institutus vel exheredatus, in promptu est dicere, legem Corneliam de tabulis secundis nihil locutam eius duntaxat personam demonstrasse, qui testamenti factionem habuisset. Plane captivi etiam impuberis legitimam hereditatem per legem Corneliam deferri, quoniam verum est, ne impuberem quidem factionem testamenti habuisse; et ideo non esse alienum, Praetorem subsequi non minus patris, quam legis voluntatem, et utiles actiones in hereditatem substituto dare.

11. IDEM libro XXXI. Quaestionum.—Quodsi

(1) qui por is, Hal.
 (2) communiter, Hal.
 (3) Según conjetura Br.; neque viri boni nobis praesunt, Taur. según el código Fl.; neque viribus nobis pares sunt, Hal.
 (4) Véase la nota 2.
 (5) Hal. Vulg.; voluerit, el código Fl.
 (6) dissidium, Hal.

y que entre nosotros y ellos no hay postliminio; porque ¿qué necesidad hay de postliminio entre nosotros y ellos, cuando ellos retienen entre nosotros la libertad y el dominio de sus cosas igualmente que entre ellos, y lo mismo nos acontece á nosotros entre ellos?

§ 1.—Mas es libre el pueblo que no está sujeto á la potestad de ningún otro pueblo, ya si él está federado, ya también si por igual federación entró en amistad, ya si en la federación se comprendió que este pueblo conservaría de buen grado la majestad de otro pueblo; porque esto se añade para que se entienda que un pueblo es superior, no para que se entienda que el otro no es libre; y así como entendemos que nuestros clientes son libres, aunque no se nos anteponen ni en autoridad, ni en dignidad, ni como hombres buenos, así se ha de entender que son libres los que deben conservar de buen grado nuestra majestad.

§ 2.—Mas entre nosotros se hacen reos los de ciudades federadas, y aplicamos la pena á los que son condenados.

8. PAULO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro III.—No como el hijo por el padre puede ser recuperada por el marido la mujer por el derecho de postliminio, sino siempre y cuando también lo quisiera la mujer, y aun no se hubiere casado con otro después del tiempo establecido; pero si no hubiere querido, sin mediar causa alguna plausible, estará sujeta á las penas del divorcio.

9. ULPIANO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro IV.—Si el hijo habido en poder de los enemigos hubiere regresado por el postliminio, tiene los derechos de hijo; porque no hay duda alguna que tiene el derecho de postliminio después del rescripto del Emperador Antonino y de su Divino padre dirigido á Ovinio Tertulo, Presidente de la provincia de Misia inferior.

10. PAPIANO; Cuestiones, libro XXIX.—Un padre había nombrado substituto para su hijo impubero instituido, y aprisionado por los enemigos murió en poder de ellos; habiendo fallecido después el impubero les parecía á algunos que era admitido el heredero legítimo, y que el segundo testamento no tenía aplicación á la persona del que viviendo su padre se hubiese hecho de propio derecho; pero á esta opinión se opondrá la razón de derecho, porque si se entiende que el padre, que no regresó, falleció ya entonces, desde que fué hecho prisionero, tiene por necesidad su vigor la substitución.

§ 1.—Si fallecido el padre fuera aprisionado un impubero instituido ó desheredado, es expedito decir, que, no habiendo hablado nada la ley Cornelia de los segundos testamentos, se refirió solamente á la persona del que hubiese tenido testamentifacción. Ciertamente que por la ley Cornelia se defiere la herencia legítima aun del cautivo impubero, porque es verdad que el impubero no tuvo la testamentifacción; y por ello no es extraño que el Pretor se atenga no menos á la voluntad del padre, que á la de la ley, y que le dé al substituto las acciones útiles contra la herencia.

11. EL MISMO; Cuestiones, libro XXXI.—Pero si

(7) Idem, Hal. Vulg.
 (8) Véase c. I. Cód. VIII. 50.
 (9) Quintum Tertullium, Vulg.
 (10) Después de esto hay en el código Fl. dos líneas y media en claro, Br.; est grecum, adiciona el código citado por Geb.

filius ante moriatur in civitate, nihil est, quod de secundis tabulis tractari possit, sive quoniam vivo patre filiusfamilias mori intelligitur, sive quoniam non reverso eo exinde sui iuris (1) videtur fuisse, ex quo pater hostium potitus est.

§ 1.—Sed si ambo apud hostes, et prior pater decedat, sufficiat lex Cornelia substituto non alias, quam si apud hostes patre defuncto postea filius in civitate decessisset.

12. THYPHONINUS libro IV. *Disputationum*.—In bello postliminium est; in pace autem (2) his, qui bello capti erant, de quibus nihil in pactis erat comprehensum. Quod ideo placuisse Servius scribit, quia spem revertendi civibus in virtute bellica magis, quam in pace Romani esse voluerunt; verum (3) in pace qui pervenerunt ad alteros, si bellum subito exarsisset, eorum servi efficiuntur, apud quos iam hostes suo facto (4) deprehenduntur, quibus ius postliminii est tam in bello, quam in pace, nisi foedere cautum fuerat, ne esset his ius postliminii.

§ 1.—Si quis capiatur ab hostibus, hi, quos in potestate habuit, in incerto sunt, utrum sui iuris facti, an adhuc pro filiis familiarum computentur; nam defuncto illo apud hostes, ex quo captus est, patres familiarum, reverso, nunquam non in potestate eius fuisse credentur. Ideo et de his, quae medio tempore acquirunt stipulatione, traditione, legato—nam hereditate non possunt—tractatum est, ubi non est reversus, si forte (5) alii vel in totum his exhereditatis testamento, vel in partem instituti sunt heredes, utrum in hereditate captivi, quae lege Cornelia inducitur, an propria ipsorum sint? Quod verius est; diversumque in his, quae per servos acquiruntur; merito, quia hi bonorum fuerunt (6), et esse perseverant, hi sui iuris exinde, sibi quoque ideo adquisivisse intelliguntur.

§ 2.—Facti (7) autem causae infactae nulla constitutione fieri possunt; ideo eorum, quae usucapiebant per semet ipsum possidens, (8) qui postea nactus (9) est, interrumpitur usucapio, quia certum est, eum possidere desiisse; eorum vero, quae per subiectas iuri suo personas possidebat, usuque capiebat, vel si qua postea peculiari nomine comprehenduntur, Iulianus scribit, credi (10) suo tempore impleri usucapionem remanentibus iisdem personis in possessione (11). Marcellus, nihil interesse, ipse possidisset, an subiecta ei persona; sed Iuliani sententiam sequendum est.

§ 3.—Medio tempore filius, quem habuit in potestate captivus, uxorem ducere potest, quamvis consentire nuptiis pater eius non posset, nam utique nec dissentire; susceptus ergo nepos in reversi ca-

el hijo muriese antes en la ciudad, nada hay que se pueda tratar respecto al segundo testamento, ya porque se entiende que el hijo de familia muere viviendo el padre, ya porque no habiendo vuelto éste se considera que se hizo de propio derecho desde que el padre fué hecho prisionero de los enemigos.

§ 1.—Pero si ambos estuvieran en poder de los enemigos, y el padre falleciese primero, le bastará al substituto la ley Cornelia, no de otra suerte que si habiendo fallecido el padre en poder de los enemigos el hijo hubiese fallecido después en la ciudad.

12. TRIFONINO; *Disputas, libro IV*.—El postliminio existe durante la guerra; mas durante la paz lo tienen los que habían sido aprisionados en la guerra, respecto á los que nada fué comprendido en pactos. Lo que escribe Servio que se determinó así, porque los romanos quisieron que tuvieran la esperanza de volver más bien en el valor guerrero, que en la paz; mas los que en la paz fueron á poder de otros, si súbitamente se hubiese encendido la guerra, se hacen esclavos de aquellos en poder de los que, ya enemigos, se hallan por acto suyo propio, los cuales tienen el derecho de postliminio tanto en la guerra, como en la paz, á no ser que en la alianza se hubiera pactado que no tuviesen éstos el derecho de postliminio.

§ 1.—Si alguno fuera aprisionado por los enemigos, aquellos á quienes tuvo bajo su potestad están en la incertidumbre de si se contarán hechos de propio derecho, ó todavía como hijos de familia; porque, fallecido aquél en poder de los enemigos, se creará que desde que fué aprisionado fueron padres de familia, y habiendo vuelto, que nunca dejaron de estar bajo su potestad. Y por esto se discutió también respecto á las cosas que en el tiempo intermedio adquieren por estipulación, entrega, ó legado—porque por herencia no pueden—, cuando no regresó, si acaso otros, desheredados aquellos en el testamento, son instituidos herederos de de la totalidad, ó de una parte, ¿si estaran en la herencia del cautivo, que se establece por la ley Cornelia, ó en la propia de ellos mismos? Lo que es más verdadero; y lo contrario respecto á las cosas que se adquieren por medio de los esclavos; y con razón, porque éstos fueron de los bienes, y perseveran siéndolo, y aquéllos se entiende que fueron de propio derecho desde entonces, y que por lo tanto adquirieron para sí.

§ 2.—Mas por ninguna constitución se pueden tener por no hechas las causas de hecho; y por esto se interrumpe la usucapion de lo que usucapía por sí mismo el poseedor que después la adquirió, porque es cierto que él dejó de poseer; pero de lo que poseía por medio de personas sujetas á su autoridad, y de lo que él usucapía, ó si después se comprende alguna cosa á título de peculio, escribe Juliano, que se cree que la usucapion se completa en su tiempo permaneciendo las mismas personas en la posesion. Marcelo dice, que nada importa que hubiese poseido él mismo, ó persona á él sujeta; pero se ha de seguir la opinion de Juliano.

§ 3.—El hijo, que el cautivo tuvo bajo su potestad, puede casarse en el tiempo intermedio, aunque su padre no pudiera prestar su consentimiento para las nupcias, porque ciertamente que tampoco puede

(1) non, inserta Hal.
 (2) etiam por autem, Hal.
 (3) Taur., según la escritura original; item, la corrección del códice Fl., Br.
 (4) fato, Hal.
 (5) si forte, consideranse añadidas por antiguos copistas.

(6) sunt, Vulg.
 (7) Factae, Hal.
 (8) ei, inserta Vulg.
 (9) captus, Hal. Vulg.
 (10) haeredi, Vulg.
 (11) Hal.; possessionem, el códice Fl.

ptivi potestate, ut redierit, erit (1), suusque heres ei quodammodo invito, quum nuptiis non consenserit; non mirum, quia illius temporis conditio necessitasque faciebat, et publica nuptiarum utilitas exigebat.

§ 4.—Sed captivi uxor, tametsi maxime velit, et in domo eius sit, non tamen in matrimonio est.

§ 5.—Codicilli, si quos in tempore captivitatis scripserit, non creduntur iure subtili confirmati testamento, quod in civitate fecerat; sed nec fideicommissum ex his peti potest, quia non sunt ab eo facti (2), qui testamenti factionem habuit. Sed quia merum principium eorum in civitate constituto captivo factum est, id est in (3) testamento confirmatio codicillorum, et is postea reversus est, et postliminio ius suum recepit, humanitatis rationi congruum est, eos codicillos ita suum effectum habere, quasi in medio captivitas intercessisset.

§ 6.—Cetera, quae in iure sunt, posteaquam postliminio rediit (4), pro eo habentur, ac si nunquam iste hostium potitus fuisset.

§ 7.—Si quis servum captum ab hostibus redemerit, protinus est redimentis, quamvis scientis alienum fuisse; sed oblato ei pretio quod dedit, postliminio rediisse, aut receptus esse servus credetur.

§ 8.—Et si ignorans captivum, existimans vendentis esse, redemit, an quasi usucapere videatur, scilicet ne post legitimum tempus offerendi pretii priori domino facultas sit, videamus. Nam occurrit, quod Constitutio, quae de redemptis lata est, eum redimentis servum facit, et quod meum iam usucapere me intelligi non potest. Rursum quum Constitutio non deteriorem causam redimentium, sed si quo meliorem effecerit, perimi ius bonae fidei emtoris vetustissimum et iniquum, et contra mentem Constitutionis est; ideoque transacto tempore, quanto, nisi Constitutio eum proprium fecisset, usucapi potuisset, nihil ex Constitutione domini (5) superesse, recte dicitur.

§ 9.—Manumittendo autem utrum desinit tantum dominus esse, et relictus ab eo servus in ius prioris domini redit, an et liberum eum fecit (6), ne praestatio libertatis domini fiat translatio? Certe apud hostes manumissus liberatur; et tamen si eum nactus dominus ipsius vetus intra praesidia nostra fuisset, quamvis non secutum (7) res nostras, sed dum eo consilio venisset, ut (8) ad illos revertetur (9), servum retineret iure postliminii. Quod in liberis aliter erat; non enim postliminio revertebatur, nisi qui hoc animo ad suos venisset, ut eorum res sequeretur, illosque relinqueret, a quibus abiis-

manifestar su disentiendo; luego el nieto habido estará bajo la potestad del cautivo que regresó, luego que hubiere regresado, y será heredero suyo de él en cierto modo contra su voluntad, no habiendo prestado su consentimiento para las nupcias; y no es de extrañar, porque lo hacian la condición y la necesidad de aquel tiempo, y lo exigía la pública conveniencia de las nupcias.

§ 4.—Pero la mujer del cautivo, aunque especialmente lo quiera, y esté en la casa de él, no está, sin embargo, en matrimonio.

§ 5.—No se cree por sutileza del derecho que los codicilos, si algunos hubiere escrito durante el tiempo del cautiverio, son confirmados en el testamento que había hecho en la ciudad; pero tampoco se puede pedir en virtud de ellos fideicomiso, porque no fueron hechos por quien tuvo la testamentifacción. Pero como hallándose el cautivo en la ciudad se hizo el mero principio de aquéllos, esto es, la confirmación de los codicilos en el testamento, y él regresó después, y recobró por el postliminio su derecho, es conforme á razón de humanidad que estos codicilos tengan su efecto, como si en el tiempo intermedio no hubiese mediado ningún cautiverio.

§ 6.—Las demás cosas que subsisten en derecho son tenidas, después que uno volvió por el postliminio, lo mismo que si él no hubiese estado nunca en poder de los enemigos.

§ 7.—Si alguno hubiere rescatado al esclavo aprisionado por los enemigos, es éste desde luego del que lo rescata, aunque sepa que era de otro; pero habiéndosele ofrecido el precio que dió, se creerá que el esclavo volvió, ó fué recobrado, por el postliminio.

§ 8.—Y si ignorando que era cautivo lo compró creyendo que era del vendedor, veamos si se considerará como que lo usucapió, á saber, para que después del tiempo legal no tenga su primer dueño facultad para ofrecer el precio. Porque sale al paso que la Constitución, que se promulgó sobre los redimidos, hace al esclavo del que lo redime, y que no se puede entender que adquiero por la usucapion lo que ya es mio. A su vez como la Constitución no hace peor la causa de los que redimen, sino mejor en algo, es cosa injusta y contraria al espíritu de la Constitución que se extinga un derecho muy antiguo del comprador de buena fe; y por esto, transcurrido el tiempo por el que, si la Constitución no lo hubiese hecho propio, habría podido ser usucapido, con razón se dirá que nada le quedaba al dueño en virtud de la Constitución.

§ 9.—Pero manumitiéndolo ¿deja solamente de ser dueño, y abandonado por él el esclavo vuelve al dominio de su primer dueño, ó lo hizo también libre, de suerte que la prestación de la libertad no constituya traslación de dominio? Ciertamente que el manumitido en poder de los enemigos queda libre; y, sin embargo, si el antiguo dueño del mismo lo hubiese recuperado dentro de nuestras fortificaciones, aunque no siguiendo nuestro partido, sino habiendo venido con el propósito de regresar á aquéllos, retendría al esclavo por el derecho de postliminio. Lo que era de otro modo respecto á los

(1) *Taur. según corrección del código Fl., en el que se lee audierit, Br.*

(2) *Taur. según corrección del código Fl., que dice non ab eo facti sunt, Br.; non sunt facti sunt, la escritura original.*

(3) *factum est et in eo testamento, Vulg.*

(4) *Hal. Vulg.; redit, el código Fl.*

(5) *domino, al margen anterior del código Fl.*

(6) *Taur. según la escritura original; facit, la corrección del código Fl., Br.*

(7) *secutus, Hal.*

(8) *Taur. según corrección del código Fl.; et, la escritura original, Br.*

(9) *Taur.; revertetur, el código Fl., Br.*

set, quia, ut Sabinus scribit, de sua quaque (1) civitate cuique constituendi facultas libera est, non de domini iure. Verum hoc non multum onerat praesentem inspectionem (2), quia in (3) hostium iure manumissio (4) obesse civi nostro domino servi non potuit. At is, de quo quaeritur, lege nostra, quam Constitutio fecit, civem Romanum (5) dominum habuit, et an ab eo possit libertatem assequi, tractamus. Quid enim, si nunquam ille pretium eius offerat, si nec conveniendi eius sit facultas, liber erit servus, qui nullo merito suo poterit a domino libertatem consequi? Quod est iniquum, et contra institutum a maioribus libertatis favorem. Certe et veteri iure, si ab hoc, qui sciens alienum esse redemisset, alius bona fide emisset, usucapere ad libertatemque perducere potuit; et isto quoque modo prior dominus, qui ante captivitatem fuerat, ius suum amittebat; quare igitur iste non habet ius manumittendi?

§ 10.—Si statuliber fuerit, antequam ab hostibus caperetur, redemptus pendente conditione suam causam retinebit.

§ 11.—Quid ergo, si ita libertatem acceperat, si decem millia (6) dederit? Quaesitum est, unde dare debet, quoniam, et si concessum est statulibero de peculio dare, hoc tamen, quod apud hunc, qui redemit, habet, numquid vice illius sit, quod apud hostes quaesisset. Utique, si ex re illius, aut ex operis suis quaesitum est; ex alia autem causa parto peculio potest dare, ita ut conditioni benigne eum paruisse credamus.

§ 12.—Si pignori servus datus fuerat ante captivitatem, post dimissum redemptorem in veterem obligationem revertitur; et si creditor obtulerit ei, qui redemit, quanto redemptus est, habet obligationem et in propriam (7) debiti causam, et in eam summam, qua eum liberavit, quasi ea obligatione quadam Constitutione inducta, ut quum posterior creditor priori satisfacit confirmandi sui pignoris causa; nisi quod in hoc conversa (8) res est, et posterior, qui apud nos esset prior (9), quia eum servum, ut apud nos esset, efficit, ab eo, qui tempore prior fuit, ut infirmiore (10) dimittendus est.

§ 13.—Si plurium servus fuerat, et omnium nomine ei, qui redemit, restitutum pretium erit, in communionem redibit; si unius tantum vel quorundam, nec omnium, ad eum eosve, qui solverunt, pertinebit, ita ut in portione sua pristinum (11) ius obtineant (12), et in parte ceterorum ei, qui redemit, succedant (13).

hombres libres; porque no volvía con el postliminio sino el que hubiese vuelto á los suyos con la intención de seguir el partido de éstos, y de abandonar á aquellos de quienes se hubiese separado, porque, como escribe Sabino, cada cual tiene libre facultad para determinar respecto á su propia ciudadanía, no en cuanto al derecho de dominio. Pero esto no importa mucho al presente caso, porque la manumisión hecha en poder de los enemigos no pudo perjudicar á un ciudadano nuestro dueño del esclavo. Mas éste de quien se trata tuvo por la ley nuestra, que estableció una Constitución, un ciudadano romano como dueño, y discutimos si podría conseguir de él la libertad. Porque ¿qué se dirá, si aquél no ofreciera nunca su precio, y si tampoco tuviera la facultad de citarlo á juicio? ¿Será libre el esclavo, que por ningún mérito suyo pudiera conseguir de su dueño la libertad? Lo que es injusto, y contra lo establecido por nuestros mayores en favor de la libertad. Ciertamente aun por el derecho antiguo, si de buena fe uno lo hubiese comprado del que sabiendo que era ajeno lo hubiese rescatado, pudo usucapirlo, y darle la libertad; y también de este modo perdía su derecho el que habia sido primer dueño antes del cautiverio; así, pues ¿por qué no tiene éste el derecho de manumitir?

§ 10.—Si uno hubiere sido instituido libre bajo condición antes que fuere aprisionado por los enemigos, habiendo sido rescatado estando pendiente la condición, retendrá su propia causa.

§ 11.—Luego ¿qué se dirá, habiendo recibido la libertad de este modo, si hubiere dado diez mil? Se preguntó, de dónde deberá darlos, porque, aunque al instituido libre bajo condición se le concedió dar del peculio, esto no obstante, ¿el que tiene en poder de quien á él lo rescató está acaso en lugar del que hubiese adquirido en poder de los enemigos? Ciertamente que sí, si fué adquirido por virtud de cosa de aquél, ó con su propio trabajo; mas puede dar de peculio adquirido por otra causa, de suerte que benignamente creamos que cumplió la condición.

§ 12.—Si un esclavo habia sido dado en prenda antes de su cautiverio, vuelve á la antigua obligación después de pagado el que lo rescató; y si el acreedor le hubiere ofrecido al que lo rescató la cantidad por que fué rescatado, tiene la obligación tanto por la causa más propia de la deuda, cuanto por la suma por la que lo libró, como por aquella obligación introducida por cierta Constitución, para cuando el acreedor posterior satisface al anterior para confirmar su propia prenda; sino que en este caso la cosa es á la inversa, y el posterior, que para nosotros sería el primero, porque hace esclavo á aquél como si estuviese en nuestro poder, debe ser pagado, por el que fué anterior en tiempo, como más débil.

§ 13.—Si habia sido esclavo de muchos, y á nombre de todos se le hubiere restituido el precio al que lo rescató, volverá á ser común; si solamente en el de uno solo, ó en el de algunos, y no de todos, pertenecerá á aquél ó á aquéllos que pagaron, de suerte que alcancen su antiguo derecho con arreglo á su porción, y sucedan en la parte de los otros al que lo rescató.

(1) *Hal. Vulg.*; qua civitate, *Taur.* según el código *Fl.*, en el que se lee *cuacivitate*, *Br.*

(2) *inspectionem, Hal.*

(3) *Taur.* según la escritura original; in, omitela la corrección del código *Fl.*, *Br.*

(4) *Taur.* según corrección del código *Fl.*; manumisso, la escritura original, *Br.*

(5) *quaeritur lege nostra, quem Constitutio fecit civem Romanum, dominum, Hal. Vulg.*

(6) *Taur.* según la escritura original; millia, omitela la corrección del código *Fl.*, *Br.*

(7) *proplorem, Hal.*; *priorem, Vulg.*

(8) *diversa, Vulg.*

(9) *qui apud nos esset prior, considéranse añadidas por antiguos copistas.*

(10) *infirmior, Vulg.*

(11) *Taur.*; *primum, el código Fl., Br.*

(12) *obtineat, Hal.*

(13) *succedat, Hal. Vulg.*

§ 14.—Si fideicommissa libertas debita captivo fuerit, redemptus nondum eam petere poterit, nisi redemptori satisfecerit.

§ 15.—Si deportatum ab insula hostes ceperunt, redemptus, quibus casibus redit, in eam causam veniet, in qua futurus esset, si captus non fuisset; deportabitur igitur.

§ 16.—Sed si in captivo servo talis praecesserat causa, quae eius vel ad tempus, vel in perpetuum libertatem impediret, nec redemptione ab hostibus mutabitur, veluti si in legem Favianam commisisset eum consúterat (1), vel ita venierat, ne manumitteretur; habebit autem interim sine poena sua (2), qui redemit.

§ 17.—Ergo de metallo captus redemptus in poenam suam revertetur; nec tamen ut transfuga metalli puniendus erit, sed redemptor a fisco pretium recipiet; quod etiam constitutum est ab Imperatore nostro et Divo Severo.

§ 18.—Si natum ex Pamphila legatum tibi fuerit, tuque matrem redemeris, et ea apud te pepererit, non videri, te partum ex causa lucrativa habere, sed officio arbitrioque iudicis aestimandum, constituto pretio partus, perinde atque si, quanto mater est emta, simul et partus veniisset. Quod si iam natum apud hostes, quod eo tempore, quo capiebatur, utero gerebat, cum matre redimatur ab eodem uno pretio, oblato tanto, quantum ex pretio (3), quod pro utroque unum (4) datum est, aestimationem contingere (5) partus, et (6) videtur is postliminio reversus; multo magis, si diversi entores utriusque extiterint, vel unius. Sed si suo quemque pretio redemerit, id offerri pro singulis oportebit redemptori, quod hosti pro quoquo datum est, ut separatim quoque postliminio reverti possint.

18. PAULUS libro II. ad Sabinum. — Si me tibi arrogandum dedissem, emancipato me reversum ab hostibus filium meum loco nepotis tibi futurum constat.

14. POMPONIUS (7) libro III. ad Sabinum. — Quum duae species postliminii sint, ut aut nos revertamur, aut aliquid (8) recipiamus, quum filius revertatur, duplicem in eo causam esse oportet postliminii, et quod pater eum reciperet, et ipse ius suum.

§ 1.—Non ut pater filium, ita uxorem maritus iure postliminii recipit, sed consensu redintegratur matrimonium.

15. ULPIANUS libro XII. ad Sabinum. — Si patre redempto et ante luitationem defuncto filius post mortem eius redemptionis quantitatem offerat, dicendum est, suum ei posse (9) existere, nisi forte quis subtilius dicat, hunc, dum moritur, quasi iure pignoris finito, nactum postliminium, et sine obliga-

§ 14.—Si al cautivo se le hubiere debido la libertad dejada por fideicomiso, rescatado, no podrá pedirla todavía, sino si hubiere satisfecho al que lo rescató.

§ 15.—Si los enemigos aprisionaron en la isla al deportado, rescatado, volverá, en los casos en que regresare, á la misma condición en que estaria, si no hubiese sido aprisionado; así, pues, será deportado.

§ 16.—Pero si, tratándose de un esclavo cautivo, había precedido una causa tal, que temporal ó perpetuamente impidiese su libertad, no se alterará por el rescate de los enemigos, por ejemplo, si constase que había incurrido en la ley Favia, ó que había sido vendido para no ser manumitido; pero entretanto lo tendrá sin su pena el que lo rescató.

§ 17.—Luego, redimido el que fué hecho cautivo en las minas, volverá á su propia pena; pero no deberá ser castigado como transfuga de las minas, sino que el que lo rescató recibirá del fisco el precio; lo que también se determinó por nuestro Emperador y por el Divino Severo.

§ 18.—Si te hubiere sido legado el que nació de Pamphila, y tú hubieres rescatado á la madre, y ésta pariere en tu poder, no se considera que tú tengas por causa lucrativa el parto, sino que por ministerio y al arbitrio del juez se habrá de estimar, constituyéndose el precio del parto, lo mismo que si también el parto hubiese sido vendido junto por cuanto fué comprada la madre. Pero si nacido ya en poder de los enemigos lo que al tiempo en que era hecha prisionera llevaba en el vientre, fuera rescatado con la madre por un mismo precio, habiéndose ofrecido tanto cuanto del precio único que se dió por la una y por el otro corresponde á la estimación del parto, se considera también que éste volvió por el postliminio; con tanta más razón, si hubiere diversos compradores, de ambos, ó de uno solo. Mas si á cada cual lo hubiere rescatado por su precio, se le deberá ofrecer por cada uno al que los rescató lo que por cada cual se le dió al enemigo, de suerte que también puedan volver separadamente por el postliminio.

18. PAULO; Comentarlos á Sabino, libro II. — Si yo me hubiese dado á ti en arrogación, es sabido, que, emancipado yo, el hijo mío, que regresó de los enemigos, estará para ti en el lugar de nieto.

14. POMPONIO; Comentarlos á Sabino, libro III. — Siendo dos las especies de postliminio, ó para que nosotros volvamos, ó para que recuperemos alguna cosa, cuando vuelve un hijo debe haber respecto á él una doble causa de postliminio, ya porque el padre lo recobraría, ya porque él mismo recobraría su propio derecho.

§ 1.—El marido no recupera por derecho de postliminio á la mujer, á la manera que el padre á su hijo, pero el matrimonio se reintegra por el consentimiento.

15. ULPIANO; Comentarlos á Sabino, libro XII. — Si habiendo sido rescatado el padre, y habiendo fallecido antes del pago, su hijo ofreciera después de la muerte de aquél el importe del rescate, se ha de decir que el hijo puede ser heredero suyo de él, á no ser acaso que alguno diga con más sutileza, que

(1) Taur. según el código Fl., que dice constituerat, Br.
(2) eum, inserta Hal.
(3) est pretium, Vulg.
(4) unum, omitela Vulg.; venum por unum, Hal.
(5) contingeret, Hal.

(6) et, omitela Hal.
(7) Papinianus, Hal.
(8) Taur. según la escritura original; aliquad, la corrección del código Fl., Br.
(9) haeredem, inserta Vulg.

tione debiti obiisse, ut poterit (1) suum habere; quod non sine ratione dicetur.

16. IDEM libro XIII. ad Sabinum.—Retro creditur in civitate fuisse, qui ab hostibus advenit.

17. PAULUS libro II. ad Sabinum.—Postliminio carent, qui armis victi hostibus se dederunt.

18. ULPIANUS libro XXXV. ad Sabinum.—In omnibus partibus iuris is, qui reversus non est ab hostibus, quasi tunc decessisse videtur, quum captus est.

19. PAULUS libro XVI. ad Sabinum.—Postliminium est ius amissae rei recipiendae ab extraneo, et in statum pristinum restituendae, inter nos ac liberos populos regesque moribus, legibus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam citra (2) bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere. Idque naturali aequitate introductum est, ut, qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is, ubi in fines suos rediisset, pristinum ius suum reciperet.

§ 1.—Induciae sunt, quum in breve et in praesens tempus convenit, ne invicem se lacessant (3); quo tempore non est postliminium.

§ 2.—A piratis aut latronibus capti liberi permanent.

§ 3.—Postliminio rediisse videtur, quum in fines nostros intraverit, sicuti amittitur, ubi fines nostros excessit. Sed et si in civitatem sociam amicumve, aut ad regem socium vel amicum venerit, statim postliminio rediisse videtur, quia ibi primum nomine publico tutus esse incipiat.

§ 4.—Transfugae nullum postliminium est; nam qui malo consilio et proditoris animo patriam reliquit, hostium numero habendus est. Sed hoc in libero transfuga iuris est, sive femina, sive masculus sit.

§ 5.—Si vero servus transfugerit ad hostes, quoniam et, quum casu (4) captus est, dominus in eo postliminium habet, rectissime dicitur, etiam ei postliminium esse, scilicet ut dominus in eo pristinum ius recipiat, ne contrarium ius non tam ipsi iniuriosum sit, qui servus semper permanet, quam domino damnosum constituitur.

§ 6.—Si statuliber transfuga reversus sit, existente conditione, postquam rediit (5), liber efficitur. Diversum est, si conditio extitisset, dum apud hostes est; in eo enim casu neque sibi reverti potest, ut liber sit, neque heredi in eo ius postliminii est, quia non potest queri, quum nullum damnum patiat, libertate iam obtingente, si non impediret, quod transfuga factus est.

§ 7.—Filius quoque familias transfuga non potest postliminio reverti, neque vivo patre, quia pater

aquel al morir, como si se hubiese extinguido el derecho de prenda, alcanzó el postliminio, y falleció sin la obligación de lo debido, de suerte que podrá tener heredero suyo; lo que no sin razón se dirá.

16. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XIII.*—Se cree que el que volvió de poder de los enemigos estuvo en la ciudad el tiempo anterior.

17. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro II.*—Carecen del derecho de postliminio los que vencidos con las armas se entregaron á los enemigos.

18. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXV.*—En todas las partes del derecho, el que no volvió de los enemigos se considera como que murió cuando fué hecho prisionero.

19. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro XVI.*—Postliminio es el derecho por las costumbres y las leyes establecido entre nosotros y pueblos y reyes libres para recobrar de un extraño una cosa perdida, y restituirla á su estado primitivo. Porque lo que perdimos en la guerra, ó aun sin guerra, si lo recobramos de nuevo, se dice que lo recobramos por el postliminio. Y esto se introdujo por equidad natural, para que el que injustamente era detenido por extraños recobrase su primitivo derecho luego que hubiese vuelto á sus propios confines.

§ 1.—Hay treguas, cuando por poco tiempo y presente se conviene que no se ataquen reciprocamente; durante cuyo tiempo no hay postliminio.

§ 2.—Los cogidos por los piratas ó los ladrones permanecen libres.

§ 3.—Se considera que uno volvió por el postliminio cuando hubiere entrado en nuestros confines, así como es perdido luego que salió de nuestros confines. Mas también si hubiere ido á una ciudad asociada ó amiga, ó á la residencia de un rey asociado ó amigo, se considera que inmediatamente volvió por el postliminio, porque allí comienza primeramente á estar seguro á nombre público.

§ 4.—Los transfugas no tienen ningún postliminio; porque el que con mal designio y con ánimo de traidor dejó su patria, ha de ser tenido en el número de los enemigos. Pero este es el derecho en cuanto al transfuga libre, ya sea mujer, ya hombre.

§ 5.—Mas si un esclavo se hubiere pasado á los enemigos, como también, cuando casualmente fué aprisionado, tiene sobre él su señor el postliminio, se dice con muchísima razón, que también él tiene el postliminio, á saber, para que su señor recobre sobre él su primitivo derecho, á fin de que un derecho contrario no tanto no sea perjudicial para el mismo que siempre permanece siendo esclavo, sino que no resulte gravoso para su señor.

§ 6.—Si siendo transfuga aquel á quien bajo condición se le dió la libertad hubiera regresado, cumpliéndose la condición después que volvió, se hace libre. Diversa cosa es, si la condición se hubiese cumplido mientras está en poder de los enemigos; porque en este caso ni puede volver á sí para ser libre, ni el heredero tiene sobre él derecho de postliminio, porque no puede querrellarse, pues no sufre ningún daño, por obtener ya la libertad, si no lo impidiese el haberse hecho transfuga.

§ 7.—Tampoco el hijo de familia, transfuga, puede volver por el postliminio, ni aun viviendo su pa-

(1) possit, Hal. Vulg.

(2) circa, Vulg.

(3) Taur. según el código Fl., que dice lacessant, Br.

(4) causa, Vulg.

(5) Hal. Vulg.; redit, el código Fl.

sic illum amisit, quemadmodum patria, et quia disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quam caritas liberorum.

§ 8.—Transfuga autem non is solus accipiendus est, qui aut ad hostes, aut in bello transfugit, sed et qui per induciarum tempus, aut (1) ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide suscepta transfugit.

§ 9.—Si is, qui emat (2) ab hostibus, pluris alii ius pignoris, quod in redemptio habet, cesserit, non eam quantitatem, sed priorem redemptus reddere debet; et emtor habet actionem adversus eum, qui vendidit, ex emto.

§ 10.—Postliminium hominibus est, cuiuscunque sexus conditionisve sint, nec interest, liberi, an servi sint; nec enim soli postliminio recipiuntur, qui pugnare possunt, sed omnes homines, qui (3) eius naturae sunt, ut usui esse vel consilio, vel aliis modis possint.

20. POMPONIUS (4) libro XXXVI. ad Sabinum. — Si captivus, de quo in pace cautum fuerat, ut rediret, sua voluntate apud hostes mansit, non est ei postea postliminium.

§ 1.—Verum est, expulsis hostibus ex agris, quos ceperint, dominia eorum ad priores dominos redire, nec aut publicari, aut praedae loco cedere; publicatur enim ille ager, qui ex hostibus captus sit.

§ 2.—Redemptio facultatem redeundi praebet, non ius postliminii mutat.

21. ULPIANUS libro V. *Opinionum*. — Si quis ingenuam ab hostibus redemptam eo animo secum habuerit, ut ex ea susciperet liberos, et postea ex se natum sub titulo naturalis filii cum matre manumiserit, ignorantia mariti eiusdemque patris neque statui eorum, quos manumisisse visus (5) est, officere debet, et exinde intelligi oportet remissum matri pignoris vinculum, ex quo de ea suscipere liberos optaverat; ideoque eam, quae postliminio reversa erat libera et ingenua, ingenuum peperisse constat. Quodsi publice praeda virtute militum recuperata, nulli pretium matris pater numeraverit, protinus postliminio reversa non cum domino, sed cum marito fuisse declaratur.

§ 1.—In civilibus dissensionibus, quamvis saepe per eas respublica laedatur, non tamen in exitium reipublicae contenditur; qui in alterutras partes discedent, vice hostium non sunt eorum, inter quos iura captivitatum aut postliminiorum fuerint, et ideo captos et venundatos posteaque manumissos, placuit, supervacuo repeterere a Principe ingenuitatem, quam nulla captivitate amiserant.

22. IULIANUS libro LXII. *Digestorum*. — Bona eorum, qui in hostium potestatem pervenerint, atque ibi decesserint, sive testamenti factionem habuerint, sive non habuerint, ad eos pertinent, ad quos pertinerent, si in potestatem hostium non per-

dre, porque de este modo lo perdió el padre, lo mismo que la patria, y porque la disciplina de los campamentos fué para los padres romanos más antigua que el cariño á los hijos.

§ 8.—Mas ha de ser considerado tráfuga no sólo el que huyó á los enemigos, ó en la guerra, sino también el que habiendo adquirido seguridad huyó durante el tiempo de las treguas, ó á aquellos con los que no hay ninguna amistad.

§ 9.—Si el que rescató de los enemigos á uno hubiere cedido á otro el derecho de prenda por más de lo que tiene sobre el rescatado, el rescatado debe devolver no esta cantidad, sino la primera; y el comprador tiene la acción de compra contra el que le vendió.

§ 10.—Tienen el postliminio los individuos de cualquier sexo ó condición que sean, y no importa que sean libres ó esclavos; porque son admitidos por el postliminio no sólo los que pueden pelear, sino todos los hombres que son de tal naturaleza que pueden ser útiles ó por su consejo, ó de otros modos.

20. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XXXVI*. — Si el cautivo, respecto del que en tiempo de paz se había asegurado que volvería, permaneció por su voluntad en poder de los enemigos, no tiene después el postliminio.

§ 1.—Es verdad que, echados los enemigos de los campos que hubiesen tomado, vuelve el dominio de éstos á sus antiguos dueños, y que no son confiscados, ó cedidos en calidad de presa; porque es confiscado el campo que fué tomado de los enemigos.

§ 2.—El rescate da la facultad de volver, pero no cambia el derecho de postliminio.

21. ULPIANO; *Opiniones, libro V*. — Si alguno hubiere tenido consigo una ingenua rescatada de los enemigos con la intención de tener de ella hijos, y después hubiere manumitido con la madre al nacido de él con el título de hijo natural, la ignorancia del marido y del mismo padre no debe perjudicar al estado de los que pareció que manumitió, y por ello se debe entender disuelto para la madre el vínculo de la prenda, desde que él había optado por tener hijos de ella; y por esto es sabido que parió ingenuo la que habiendo vuelto por el postliminio era libre é ingenua. Pero si habiendo sido públicamente recuperada la presa por el valor de los militares, el padre no le pagó á nadie el precio de la madre, se declara que inmediatamente que volvió por el postliminio estuvo no con su señor, sino con su marido.

§ 1.—En las disenciones civiles, aunque muchas veces se lesione por ellas la república, no se combate, sin embargo, para la destrucción de la república; los que se marchan á uno ú otro bando no están en el lugar de aquellos enemigos entre los que hay los derechos de cautiverio ó de postliminio, y por lo tanto, se determinó que los aprisionados y vencidos y después manumitidos en vano le pedían al Principe la ingenuidad, que no habían perdido por ningún cautiverio.

22. JULIANO; *Digesto, libro LXII*. — Los bienes de los que hubieren caído en poder de los enemigos, y en él hubieren fallecido, ora hubieren tenido, ora no, la testamentifacción, pertenecen á aquellos á quienes pertenecerían, si no hubiesen caído en

(1) aut, *omittela Hal.*
 (2) emerat, *Hal. Vulg.*
 (3) *Hal. Vulg.*; quia, *el oodice Fl.*

(4) *Papinianus, Hal.*
 (5) *iussus, Hal.*

venissent; idemque ius in eadem causa omnium rerum iubetur esse lege Cornelia, quae futura esset, si hi, de quorum hereditatibus et tutelis constituebatur, in hostium potestatem (1) non pervenissent.

§ 1.—Apparet ergo, eadem omnia pertinere ad heredem eius, quae (2) ipse, qui hostium potitus est, habiturus esset, si postliminio revertisset; porro quaecunque servi captivorum stipulantur vel accipient (3), acquiri dominis intelliguntur, quum postliminio redierint; quare necesse est, etiam ad eos pertineant, qui ex lege Cornelia hereditatem adierint; quodsi nemo ex lege Cornelia heres extiterit, bona publica fient. Legata quoque servis eorum praesenti die vel sub conditione ad heredem pertinebunt. Item si servus ab extero heres institutus fuerit, iussu heredis captivi adire poterit.

§ 2.—Quodsi filius eius, qui in hostium potestate est, accipit, aut stipulatur, id patre, priusquam postliminio rediret, mortuo, ipsi acquisitum intelligitur; et si vivo patre decesserit, ad heredem patris pertinebit; nam status hominum, quorum patres in hostium potestate sunt, in pendenti est; et (4) reverso quidem patre existimatur nunquam suae potestatis fuisse, mortuo, tunc paterfamilias fuisse, quum pater eius in hostium potestatem (5) perveniret.

§ 3.—Quae peculiari nomine servi captivorum possident, in suspenso sunt; nam si domini postliminio redierint, eorum facta intelliguntur, si ibi decesserint, per legem Corneliam ad heredem eorum pertinebunt.

§ 4.—Si quis, quum praegnantem uxorem haberet, in hostium potestatem (6) pervenerit, nato deinde filio et mortuo, ibi decesserit, eius testamentum nullum est, quia et eorum, qui in civitate manserunt, hoc casu testamenta rumpuntur.

23. IDEM libro LXLX. Digestorum. — Si quis praegnanter uxore relicta in hostium potestatem pervenerit, mox natus filius eius, uxore ducta, filium vel filiam procreaverit, ac tunc postliminio avus reversus fuerit, omnia iura nepotis nomine perinde capiet, ac si filius natus (7) in civitate fuisset.

24. ULPIANUS libro I. Institutionum. — Hostes sunt, quibus bellum publice Populus Romanus decrevit, vel ipsi Populo Romano, ceteri latrunculi vel praedones appellantur. Et ideo, qui a latronibus captus est, servus latronum non est; nec postliminium illi necessarium est. Ab hostibus autem captus, ut puta a Germanis et Parthis, et servus est hostium, et postliminio statum pristinum recuperat.

poder de los enemigos; y por la ley Cornelia se manda que el mismo derecho haya en la misma causa de todos los bienes, que habria de haber, si aquellos, de cuyas herencias y tutelas se determinaba, no hubiesen caido en poder de los enemigos.

§ 1.—Aparece, pues, que á su heredero le pertenecen todas las cosas que habria de tener el mismo que fué aprisionado por los enemigos, si hubiese vuelto por el postliminio; cualquiera cosa pues que estipulan ó reciben los esclavos de los cautivos, se entiende que es adquirida para sus dueños, cuando hubieren vuelto por el postliminio; por lo cual es necesario que les pertenezcan también á los que en virtud de la ley Cornelia hubieren adido la herencia; pero si conforme á la ley Cornelia no hubiere ningún heredero, los bienes se harán públicos. También les pertenecerán á los herederos las cosas legadas de presente ó bajo condición á los esclavos de aquellos. Asimismo, si un esclavo hubiere sido instituido heredero por un extraño, podrá adir la herencia por orden del heredero del cautivo.

§ 2.—Mas si el hijo del que está en poder de los enemigos recibe ó estipula alguna cosa, se entiende que, fallecido el padre antes que volviere por el postliminio, fué adquirida para él mismo; y si hubiere fallecido en vida del padre, le pertenecerá al heredero del padre; porque está en suspenso el estado de los individuos cuyos padres se hallan en poder de los enemigos; y habiendo ciertamente regresado el padre se estima que nunca fué de propio derecho, pero que, habiendo fallecido, fué padre de familia desde que su padre hubiere caido en poder de los enemigos.

§ 3.—Las cosas que á título de peculio poseen los esclavos de los cautivos están en suspenso; porque si sus señores hubieren vuelto por el postliminio, se entiende que se hicieron de ellos, y si en poder de aquellos hubieren fallecido, les pertenecerán en virtud de la ley Cornelia á sus herederos.

§ 4.—Si alguno, teniendo embarazada á su mujer, hubiere caido en poder de los enemigos, y habiendo nacido y muerto después el hijo, él hubiere fallecido en poder de aquellos, es nulo su testamento, porque aun los de los que permanecieron en la ciudad se rompen en este caso.

23. EL MISMO; Digesto, libro LXLX.—Si alguno, dejando embarazada á su mujer, hubiere caido en poder de los enemigos, y después el hijo nacido de él, habiendo tomado mujer, hubiere procreado un hijo ó una hija, y entonces hubiere vuelto por el postliminio el abuelo, adquirirá en nombre del nieto todos los derechos, lo mismo que si el hijo hubiese nacido en la ciudad.

24. ULPIANO; Instituta, libro I.—Son enemigos aquellos á quienes el pueblo romano declaró públicamente la guerra, ó los que se la declararon al pueblo romano, y los demás se llaman ladrones ó saqueadores. Y por esto, el que es aprisionado por los ladrones no es esclavo de los ladrones; y no le es necesario el postliminio. Mas el aprisionado por los enemigos, como por ejemplo, por los germanos y los partos, es esclavo de los enemigos; y recupera por el postliminio su estado primitivo.

(1) *Hal.*; potestate, el código Fl.

(2) *quem, Vulg.*

(3) *excipiunt, Vulg.*

(4) *Hal. Vulg.*; esset por est, et, el código Fl.

(5) Véase la nota 1.

(6) *Taur.* según la escritura original; potestate, la corrección del código Fl., Br.

(7) *ac si is, quum filius nasceretur, Hal.*

25. [26.] (1) MARCIANUS libro XIV. *Institutionum*.—Divi Severus et Antoninus rescripserunt (2), si uxor cum marito ab hostibus capta fuerit, et ibidem ex marito enixa sit, si reversi fuerint, iustos esse et parentes, et liberos, et filium in potestate patris, quemadmodum iure postliminii reversus sit; quodsi cum matre sola revertatur, quasi sine marito natus, spurius habebitur.

26. [25.] FLORENTINUS libro VI. *Institutionum*.—Nihil interest, quomodo captivus reversus est, utrum dimissus, an vi vel fallacia potestatem hostium evaserit, ita tamen, si ea mente venerit, ut non illo revertetur; nec enim satis est corpore domum quem rediisse, si mente alienus est. Sed et qui victis hostibus recuperentur, postliminio rediisse existimantur.

27. IAVOLENUS libro IX. *ex Posterioribus Labeonis*.—Latrones tibi servum eripuerant, postea is servus ad Germanos pervenerat, inde in bello victis Germanis servus venierat; negant posse usucapi eum ab emtore, Labeo, Ofilius, Trebatius, quia verum esset, eum surreptum esse, nec quod hostium fuisset, aut postliminio rediisset, ei rei impedimento esse.

28. LABEO libro IV. *Pithanon a Paulo epitomatorum*.—Si quid bello captum est, in praeda est, non postliminio redit. Paulus: imo si in bello captus pace facta demum refugit, deinde renovato bello capitur, postliminio redit ad eum, a quo priore bello captus erat, si modo non convenerit in pace, ut captivi redderentur.

29. IDEM libro VI. *Pithanon a Paulo epitomatorum* (3).—Si postliminio rediisti, nihil, dum in hostium potestate fuisti, usucapere potuisti. Paulus: imo si quid servus tuus peculii nomine, dum in eo statu esses, possederit, id eo quoque tempore usucapere poteris, quoniam eas res etiam inscientes usucapere solemus; et eo modo etiam hereditas, nondum nato postumo, aut nondum adita augeri per servum hereditarium solet.

30. IDEM libro VIII. *Pithanon a Paulo epitomatorum* (4).—Si id, quod nostrum hostes ceperunt, eius generis est, ut postliminio redire possit, simul atque ad nos redeundi causa profugit ab hostibus, et intra (5) fines imperii nostri esse coepit, postliminio rediisse existimandum est. Paulus: imo quum servus civis nostri (6) ab hostibus captus inde a fugit, et vel in urbe Roma ita est, ut neque in domini sui potestate sit, neque ulli serviat, nondum postliminio rediisse existimandum est.

25. [26.] MARCIANO; *Instituta, libro XIV*.—Los Divinos Severo y Antonino resolvieron por rescripto, que si una mujer hubiere sido aprisionada con su marido por los enemigos, y en poder de éstos hubiera dado á luz de su marido, fuesen, si hubieren vuelto, legítimos padres, é hijos, y que el hijo estuviese bajo la potestad del padre, á la manera que si hubiere vuelto por el derecho de postliminio; pero si volviera con su madre sola, será considerado espúrio, como nacido sin marido.

26. [25.] FLORENTINO; *Instituta, libro VI*.—Nada importa de qué modo volvió el cautivo, si habiéndosele dejado en libertad, ó si habiéndosele evadido por fuerza ó con engaño del poder de los enemigos, pero con tal que hubiere vuelto con la intención de no volver allá; porque no es bastante que uno haya vuelto corporalmente á la casa, si tiene otra intención. Mas también los que son recuperados habiendo sido vencidos los enemigos, se estima que volvieron por el postliminio.

27. JAVOLENO; *Doctrina de las Obras Póstumas de Labeon, libro IX*.—Los ladrones te habían quitado un esclavo, después este esclavo había caído en poder de los germanos, y luego vencidos en la guerra los germanos había sido vendido el esclavo; Labeon, Ofilio y Trebacio dicen que no podía él ser usucapido por el comprador, porque es verdad que había sido robado, y que no era impedimento para esto que hubiese sido de los enemigos, ó que hubiese vuelto por el postliminio.

28. LABEON; *Dichos recopilados por Paulo, libro IV*.—Si alguna cosa fué cogida en la guerra, está en calidad de presa, y no vuelve por el postliminio. Y dice Paulo: aun si el aprisionado en la guerra huyó hecha la paz, y renovada la guerra es después aprisionado, vuelve por el postliminio á poder aquel por quien primero había sido aprisionado en la guerra, si en la paz no se hubiere convenido que fuesen devueltos los cautivos.

29. EL MISMO; *Dichos recopilados por Paulo, libro VI*.—Si volviste por el postliminio, no pudiste usucapir nada, mientras estuviste en poder de los enemigos. Y dice Paulo: aun si tu esclavo hubiere poseído á título de peculio alguna cosa, mientras estuviesen en aquel estado, podrás usucapirla también en este tiempo, porque solemos usucapir estas cosas aun sin saberlo; y de este modo también la herencia, aun no habiendo nacido el póstumo, ó no habiendo sido adida todavía, suele ser aumentada por un esclavo de la herencia.

30. EL MISMO; *Dichos recopilados por Paulo, libro VIII*.—Si la cosa nuestra que cogieron los enemigos es de tal especie que pudiera volver por el postliminio, se ha de estimar que volvió por el postliminio tan pronto como huyó de los enemigos para volver á nosotros, y comenzó á estar dentro de los confines de nuestro imperio. Y dice Paulo: aun cuando el esclavo de un ciudadano nuestro, aprisionado por los enemigos, huyó de ellos, y se halla en la ciudad de Roma, de suerte que ni esté bajo la potestad de su señor, ni le preste servidumbre á alguno, se ha de estimar que todavía no volvió por el postliminio.

(1) Este y el fragmento siguiente se hallan transpuestos en la escritura original. Los ejemplares de las Pandectas en que así se encuentran proceden del código Fl., Br.

(2) Véase c. 1. Cód. VIII. 50.

(3) Según corrección del código Fl.; epitomatum, Taur. según la escritura original.

(4) Según corrección del código Fl.; epitomatum, Taur. según la escritura original.

(5) infra, Hal.

(6) eulusvis nostrum por civis nostri, Hal. Vulg.

TIT. XVI

DE RE MILITARI
[Cf. Cod. XII. 35. (36.)]

1. ULPIANUS libro VI. ad Edictum. — Miles, qui in comiteatu agit, non videtur reipublicae causa abesse.

2. ARRIUS MENANDER libro I. de re militari. — Militum delicta sive admissa aut propria sunt, aut cum ceteris communia; unde et persecutio aut propria, aut communis est. Proprium militare est delictum, quod quis uti miles admittit.

§ 1.—Dare (1) se militem, cui non licet, grave crimen habetur; et augetur, ut in ceteris delictis, dignitate, gradu, specie militiae.

3. MODESTINUS libro IV. de Poenis. — Desertorem auditum ad suum ducem cum elogio Praeses mittet, praeterquam si quid gravius ille desertor in ea provincia, in qua repertus est, admiserit; ibi enim eum plecti poena debere, ubi facinus admissum est, Divi Severus et Antoninus rescripserunt.

§ 1.—Poenae militum huiuscemodi sunt: castigatio, pecuniaria mulcta, munerum indictio (2), militiae mutatio, gradus delectio, ignominiosa missio; nam in metallum, aut in opus metalli non dantur, nec torquentur.

§ 2.—Emansor est, qui diu vagatus ad castra regreditur.

§ 3.—Desertor est, qui per prolixum tempus vagatus reducit (3).

§ 4.—Is, qui exploratione emanet hostibus insistentibus, aut qui a fossato (4) recedit, capite puniendus est.

§ 5.—Qui stationis munus relinquit, plus quam emansor est; itaque pro modo delicti aut castigatur, aut gradu militiae deicitur.

§ 6.—Si Praesidis vel cuiusvis praepositi ab excubatione (5) quis desistat, peccatum desertionis subibit.

§ 7.—Si ad diem comiteatus quis non veniat, perinde in eum statuendum est, ac si emansisset vel deseruisset, pro numero temporis, facta prius copia docendi, num forte casibus quibusdam detentus sit, propter quos venia dignus videatur.

§ 8.—Qui militiae tempus in desertione implevit, emerito privatur.

§ 9.—Si plures simul primo (6) deseruerint, deinde intra certum tempus reversi sint, gradu pulsati in diversa loca distribuendi sunt; sed tironibus parcendum est, qui, si iterato hoc admiserint, poena competenti afficiuntur.

§ 10.—Is, qui ad hostem confugit et rediit, torquetur, ad bestiasque vel in furcam damnabitur, quamvis milites nihil eorum patiantur.

§ 11.—Et is, qui volens transfugere apprehensus est, capite punitur.

(1) dedere, Hal.

(2) interdictio, Vulg.

(3) reducit, considerase añadida por antiguos copistas.

TÍTULO XVI

DE LAS COSAS MILITARES
[Véase Cód. XII. 35. (36.)]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro VI.* — El militar, que está con licencia, no se considera que se halla ausente por causa de la república.

2. ARRIO MENANDRO; *De las Cosas militares, libro I.* — Los delitos ó los hechos de los militares son ó propios de ellos, ó comunes con los demás; por lo cual, también su persecución es ó propia, ó común. Es delito propio militar el que alguno comete como soldado.

§ 1.—Es considerado grave crimen, que se dé como militar aquel á quien no le es lícito; y se aumentará, como en los demás delitos, por la dignidad, el grado, y la especie de milicia.

3. MODESTINO; *De las Penas, libro IV.* — El Presidente enviará con el sumario á su jefe el desertor después de oído, salvo si este desertor hubiere cometido alguna cosa más grave en la provincia en que fué hallado; porque resolvieron por rescripto los Divinos Severo y Antonino, que debe él ser castigado con pena allí donde fué cometido el delito.

§ 1.—Las penas de los militares son de esta naturaleza: las vaquetas, la multa pecuniaria, la imposición de cargos, el cambio de milicia, la privación del grado, y el licenciamiento ignominioso; porque no serán condenados á las minas, ó al trabajo en las minas, ni serán atormentados.

§ 2.—Es emansor el que habiendo vagado largo tiempo vuelve á los campamentos.

§ 3.—Es desertor el que es cogido después de haber vagado largo tiempo.

§ 4.—El que sale de exploración mientras atacan los enemigos, ó el que se aleja de las trincheras, ha de ser condenado á pena capital.

§ 5.—El que deja el cargo de una estación es más que emansor; y así, ó es castigado con arreglo al delito, ó es echado del grado de la milicia.

§ 6.—Si alguno deja de hacer la guardia al Presidente ó á cualquier prepósito, se hará reo del delito de desertión.

§ 7.—Si alguno no se presentara al término de su licencia, se habrá de resolver contra él lo mismo que si hubiese sido emansor ó desertor, conforme á la duración del tiempo, habiéndosele dado antes facultad de probar si es que acaso haya estado detenido por algunos accidentes, por los cuales parezca digno de venia.

§ 8.—El que siendo desertor cumplió el tiempo de la milicia es privado del premio.

§ 9.—Si por primera vez hubieren desertado muchos al mismo tiempo, y después hubieran vuelto dentro de cierto tiempo, habrán de ser distribuidos, degradados, en diversos lugares; pero se ha de perdonar á los soldados bisonos, quienes, si hubieren vuelto á hacer esto, son castigados con la pena correspondiente.

§ 10.—El que huyendo se refugia en los enemigos, y vuelve, será atormentado, y condenado á las fieras ó á la horca, aunque los militares no sufran ninguna de estas penas.

§ 11.—También es condenado á pena capital el que queriendo huir como transfuga es aprisionado.

(4) a fossa tunc, Hal.

(5) executione, Hal. Vulg.

(6) primam, Vulg.

§ 12.—Sed si ex improviso, dum iter quis facit, capitur ab hostibus, inspecto vitae eius praecedentis actu venia ei dabitur, et si expleto tempore militiae redeat, ut veteranus restituetur, et emerita accipiet.

§ 13.—Miles, qui in bello arma amisit, vel alienavit, capite punitur; humane, militiam mutat.

§ 14.—Qui aliena arma surripuit, gradu militiae pellendus est.

§ 15.—In bello qui rem a duce prohibitam fecit, aut mandata non servavit, capite punitur, etiamsi res bene gesserit (1).

§ 16.—Sed qui agmen excessit, ex causa vel fustibus caeditur, vel mutare militiam solet.

§ 17.—Nec non et si vallum quis transscendat (2), aut per murum castra ingrediatur, capite punitur.

§ 18.—Si vero quis fossam transsiluit, militia reicitur.

§ 19.—Qui seditionem atrocem militum concitavit, capite punitur.

§ 20.—Si intra vociferationem, aut levem querelam seditio mota est, tunc gradu militiae deiicitur.

§ 21.—Et quum multi milites in aliquod flagitium conspirant, vel si legio deficiat, avocari militia solet.

§ 22.—Qui praepositum suum protegere noluerunt, vel deseruerunt, occisso eo capite puniuntur.

4. **ARRIUS MENANDER libro I. de re militari.**—Qui cum uno testiculo natus est, quive amisit, iure militabit secundum Divi Traiani rescriptum; nam et duces Sylla et Cotta memorantur eo habitu fuisse naturae.

§ 1.—Ad bestias datus si profugit, et militiae se dedit, quandoque inventus capite puniendus est. Idemque observandum est in eo, qui legi se passus est.

§ 2.—In insulam deportatus si effugiens militiae se dedit, lectusve (3) dissimulavit, capite puniendus est.

§ 3.—Temporarium (4) exilium voluntario militi insulae relegationem assignat, dissimulatio perpetuum exilium.

§ 4.—Ad tempus relegatus si expleto spatio fugae militem (5) se dedit, causa damnationis quaerenda est, ut, si contineat infamiam perpetuam, idem observetur; si transactum de futuro sit, et in ordinem redire potest, et honores petere militiae non prohibetur.

§ 5.—Reus capitalis criminis voluntarius miles secundum Divi Traiani rescriptum capite puniendus est; nec remittendus est eo, ubi reus postulatus est (6); sed ut (7) accedente causa militiae audiendus (8), si dicta causa sit, vel requirendus adnotatus (9).

§ 6.—Ignominia missus ad iudicem suum remittendus est, nec recipiendus postea volens militare, licet fuerit absolutus.

§ 12.—Pero si de improviso, mientras uno va de camino, es cogido por los enemigos, se le concederá perdón habiéndose inspeccionado la conducta de su vida anterior, y si volviere cumplido el tiempo de su milicia, será restituido como veterano, y recibirá los premios.

§ 13.—El militar que en guerra perdió las armas, ó las enajenó, es castigado con pena capital; por humanidad, cambia de milicia.

§ 14.—El que hurtó armas de otro debe ser depuesto de su grado en la milicia.

§ 15.—El que en guerra hizo cosa prohibida por el jefe, ó no observó sus mandatos, es castigado con pena capital, aunque hubiere hecho bien las cosas.

§ 16.—Mas el que se salió de las filas, ó es fustigado en virtud de causa, ó suele cambiar de milicia.

§ 17.—También si alguno atraviesa la barrera, ó entra por el muro en el campamento, es castigado con pena capital.

§ 18.—Pero si alguno atravesó el foso, es echado de la milicia.

§ 19.—El que concitó grave sedición de militares es castigado con pena capital.

§ 20.—Si en medio de vociferación, ó de leve querrela, se promovió sedición, en este caso se despoja del grado en la milicia.

§ 21.—Y cuando muchos militares conspiran para algún delito, ó si una legión se rebelara, se suele disolver la milicia.

§ 22.—Los que no quisieron proteger á su jefe, ó lo abandonaron, habiendo muerto él, son castigados con pena capital.

4. **ARRIO MENANDRO; De las Cosas militares, libro I.**—El que nació con un solo testículo, ó el que lo perdió, será, con arreglo á derecho, militar según un rescripto del Divino Trajano; porque se cuenta que también los generales Sila y Cotta tuvieron este defecto de naturaleza.

§ 1.—Si el condenado á las fieras huyó, y se dió á la milicia, ha de ser castigado con pena capital cuando quiera que fuese descubierto. Y lo mismo se ha de observar respecto al que consintió ser alistado.

§ 2.—Si el deportado á una isla huyó y se dió á la milicia, ó alistado lo disimuló, ha de ser castigado con pena capital.

§ 3.—Al militar voluntario el destierro temporal le impone la relegación á una isla, y su disimulación el destierro perpétuo.

§ 4.—Si el relegado temporalmente, cumplido el tiempo de su destierro, se dedicó á ser militar, se ha de investigar la causa de su condenación, para que, si contuviera infamia perpétua, se observe lo mismo; y si se hubiera transigido respecto á lo futuro, puede volver al orden, y no se le prohíbe que pida los honores de la milicia.

§ 5.—Según un rescripto del Divino Trajano, el militar voluntario reo de delito capital debe ser castigado con pena capital; y no ha de ser remitido allí donde fué acusado como reo; sino que ha de ser oído como por causa que afecte á la milicia, si la causa hubiera sido ya expresada, ó ha de ser requerido habiendo sido anotado.

§ 6.—El licenciado con ignominia ha de ser remitido á su propio juez, y no ha de ser admitido después al querer ser militar, aunque hubiere sido absuelto.

(1) cesserit, Hal.

(2) Hal. Vulg.; transcedat, el códice Fl.

(3) Hal. Vulg.; lectus vel, el códice Fl.

(4) Taur. según el códice Fl., que dice temporium, Br.

(5) militiae, Hal. Vulg.

(6) est, considérase añadida por antiguos copistas.

(7) ubi, Hal. Vulg.

(8) est, insertan Hal. Vulg.

(9) adnotatur, Hal. Vulg.

§ 7.—Adulterii, vel aliquo iudicio publico damnati inter milites non sunt recipiendi.

§ 8.—Non omnis, qui litem habuit, et ideo militaverit, exauctorari iubetur, sed qui eo animo militiae se dedit, ut sub obtentu militiae pretiosiorum (1) se adversario faceret; nec tamen facile indulgendum est extra ordinem (2) iudicationis, qui negotium ante habuerunt; sed si in transactione (3) recidit, indulgendum est. Exauctoratus eo nomine non utique infamis erit, nec prohibendus lite finita militiae eiusdem ordinis se dare; alioquin et si relinquat litem, vel transigat, retinendus est.

§ 9.—Qui post desertionem in aliam militiam nomen dederunt, legive (4) passi sunt, Imperator noster rescripsit, et hos militariter puniendos.

§ 10.—Gravius autem delictum est detrectare munus militiae, quam appetere; nam et qui ad delictum (5) olim non respondebant, ut proditores libertatis in servitutem redigebantur; sed mutato statu militiae recessum a capitis poena est, quia plerumque voluntario milite numeri (6) supplentur.

§ 11.—Qui filium suum subtrahit militiae belli tempore, exilio et bonorum parte mulctandus est; si in pace, fustibus caedi iubetur, et requisitus (7) iuvenis, vel a patre postea exhibitus in deteriorem militiam dandus est; qui enim se sollicitavit ab alio (8), veniam non meretur.

§ 12.—Eum, qui filium debilitavit, delectu per bellum indicto, ut inhabilis militiae sit, praeceptum Divi Traiani deportavit.

§ 13.—Edicta Germanici Caesaris militem desertorem faciebant (9), qui diu abfuisset, ut is inter remansores (10) haberetur; sed sive redeat quis, et offerat se, sive deprehensus offeratur, poenam desertionis evitat; nec interest, cui se offerat, vel a quo deprehendatur.

§ 14.—Levius itaque delictum emansionis habetur, ut erroneus in servis, desertionis gravius, ut in fugitivis.

§ 15.—Examinantur autem causae semper emansionis, et cur, et ubi fuerit, et quid egerit; et datur venia valetudini, affectioni parentum et affinium, et si servum fugientem persecutus est, vel si qua huiusmodi causa sit; sed et ignorantia adhuc disciplinam tironi ignoscitur.

5. IDEM libro II. de re militari.—Non omnes desertores similiter puniendi sunt, sed habetur et ordinis, stipendiorum ratio, gradus militiae, vel loci, muneris deserti, et antea vitae; sed et numerus, si solus vel cum altero, vel cum pluribus deseruit, aliudve quid crimen desertioni adiunxerit; item temporis, quo in desertione fuerit, et eorum, quae postea gesta fuerint; sed et si fuerit ultro re-

§ 7.—No han de ser admitidos entre los militares los condenados por adulterio, ó en algún juicio público.

§ 8.—No todo el que tuvo litigio, y por ello se hubiere hecho militar, se dispone que sea degradado, sino el que se dedicó á la milicia con la intención de hacerse de más valimiento que su adversario con el pretexto de la milicia; mas no se les ha de conceder fácilmente sin forma de juicio á los que antes tuvieron un negocio; mas se les ha de conceder, si terminó por transacción. El licenciado por tal motivo no será ciertamente infame, ni se le ha de prohibir que finido el litigio se dedique á la milicia del mismo orden; de otra suerte, también si abandonara el litigio ó transigiera, ha de ser retenido.

§ 9.—Resolvió por rescripto nuestro Emperador, que también deben ser castigados militarmente los que después de su desertión dieron su nombre para otra milicia, ó consintieron que se les alistase.

§ 10.—Pero es más grave delito rehusar un cargo en la milicia, que pretenderlo; porque también los que en otro tiempo no respondían al alistamiento eran reducidos á esclavitud como traidores á la libertad; pero habiéndose cambiado el estado de la milicia, se desistió de la pena capital, porque las más de las veces se completan los números con soldados voluntarios.

§ 11.—El que en tiempo de guerra subtrajo de la milicia á su hijo, ha de ser castigado con el destierro y con pérdida de parte de sus bienes; si en tiempo de paz, se manda que sea fustigado, y el joven que fué buscado, ó que después fué presentado por su padre, ha de ser destinado á una milicia inferior; porque el que se hizo solicitar por otro no merece perdón.

§ 12.—A uno que, habiéndose decretado leva para la guerra, debilitó á su hijo para que fuese inútil para la milicia, lo deportó una disposición del Divino Trajano.

§ 13.—Edictos del César Germanico declaraban desertor al militar que hubiese estado largo tiempo ausente para ser considerado *emansor*; pero si uno volviera y se ofreciese, ó si cogido se ofreciera, evita la pena de la desertión; y no importa á quién se ofrezca él, ó por quién sea cogido.

§ 14.—Así, pues, es más leve el delito del *emansor*, como en los esclavos el de vagabundo, y más grave el de la desertión, como en los esclavos el de la fuga.

§ 15.—Pero se examinan siempre las causas del *emansor*, y por qué, y dónde haya estado, y qué haya hecho; y se concede perdón por causa de enfermedad, y de afecto á los padres y afines, y si persiguió á un esclavo fugitivo, ó si hubiera alguna causa semejante; mas también se perdona al bichoño que todavía ignora la disciplina.

5. EL MISMO; *De las Cosas de los militares, libro II.*—Todos los desertores no han de ser castigados del mismo modo, sino que se tiene cuenta del orden, de los estipendios, del grado en la milicia, ó del lugar, ó del cargo abandonado, y de su vida anterior; mas también se considera el número, si haya desertado solo, ó con muchos, ó si ha agregado algún otro delito á la desertión; asimismo se tie-

(1) praeciosiorum, Hal.

(2) Br. considera est añadida por antiguos copistas; extra ordinem, Taur.

(3) transactionem, Hal. Vulg.

(4) legi se, Hal. Vulg.

(5) edictam, Vulg.

(6) numeri, considérase añadida por antiguos copistas.

(7) Taur. según corrección del códice Fl.; retrahentis, la escritura original, Br.

(8) qui enim sollicitari se ab alto passus est, Hal.

(9) Edictum—faciebat, Hal. Vulg.

(10) emansores, Hal.

versus, non cum necessitudine, non erit eiusdem sortis.

§ 1.—Qui in pace deseruit, eques gradu pellen-
dus est, pedes militiam mutat (1); in bello idem
admissum capite puniendum est.

§ 2.—Qui desertioni aliud crimen adiungit, gra-
vius puniendus est; et si furtum factum sit, veluti
alia desertio habebitur, ut, si plagium factum, vel
aggressura, abigeatus, vel quid simile accesserit.

§ 3.—Desertor si in urbe inveniatur, capite pu-
niri solet, alibi apprehensus ex prima desertione
restitui potest; iterum deserendo capite punien-
dus est.

§ 4.—Qui in desertione fuit, si se obtulerit, ex
indulgentia Imperatoris nostri in insulam depor-
tatus est.

§ 5.—Qui captus, quum poterat redire, non re-
diit, pro transfuga habetur; item eum, qui in prae-
sidio captus est, in eadem conditione esse certum
est. Si tamen ex improviso, dum iter facit, aut episto-
lam fert, capiatur quis, veniam meretur.

§ 6.—A barbaris remissos milites ita restitui oportere
Hadrianus rescripsit, si probabunt, se captos
evasisse, non transfugisse; sed hoc, licet liquido
constare non possit, argumentis tamen cognoscen-
dum est; et si bonus miles antea aestimatus fuit,
prope est, ut affirmationi eius credatur; si reman-
sor (2), aut negligens suorum, aut segnis, aut ex-
tra contubernium agens, non credetur ei.

§ 7.—Si post multum temporis redit (3), qui ab
hostibus captus est, et captum eum, non transfu-
gisse constiterit, ut veteranus erit restituendus, et
praemia, et (4) emeritum capit.

§ 8.—Qui transfugit, et postea multos latrones
apprehendit, et transfugas demonstravit, posse ei
parci Divus Hadrianus rescripsit, ei tamen polli-
centi ea nihil permitti oportere.

6. IDEM libro III. de re militari. — Omne deli-
ctum est militis, quod aliter, quam disciplina com-
munis exigit, committitur, veluti segnitiae crimen,
vel contumaciae, vel desidiae.

§ 1.—Qui manus intulit praeposito, capite pu-
niendus est; augetur autem petulantiae crimen di-
gnitate praepositi.

§ 2.—Contumacia omnis adversus ducem vel
praesidem militis capite puniendâ est.

§ 3.—Qui in acie prior fugam fecit spectantibus
militibus, propter exemplum capite puniendus est.

§ 4.—Exploratores, qui secreta nuntiaverunt ho-
stibus, proditores sunt, et capitis poenas luunt.

§ 5.—Sed et caligatus, qui metu hostium languo-
rem simulavit, in pari causa iis est.

(1) amittat, *Hal.*

(2) Véase la nota 10, de la página anterior.

(3) nos credatur ei, si post multum temporis rediit. Qui,
Hal. Vulg.

ne cuenta del tiempo que haya permanecido en la
deserción, y de lo que después se hubiere hecho;
pero si hubiere vuelto voluntariamente, no por ne-
cesidad, tampoco será de la misma condición.

§ 1.—El que desertó en tiempo de paz, si es de
caballería ha de ser despojado de su grado, y si es
de á pié cambia de milicia; el mismo delito come-
tido en tiempo de guerra ha de ser castigado con
pena capital.

§ 2.—El que á la deserción añadió otro delito ha
de ser castigado más gravemente; y si hubiera co-
metido hurto será considerado como otra deserción,
como, si cometido plagio, hubiere agregado ó agre-
sión, ó abigeato, ó alguna cosa semejante.

§ 3.—Si el desertor fuera hallado en la ciudad
suele ser castigado con pena capital, y cogido en
otra parte puede ser perdonado por la primera de-
serción; desertando segunda vez ha de ser castiga-
do con pena capital.

§ 4.—Si el que siendo desertor se hubiere pre-
sentado, es deportado á una isla por indulgencia
de nuestro Emperador.

§ 5.—El que hecho prisionero no volvió, pudien-
do volver, es considerado como transfuga; asimis-
mo es cierto que está en la misma condición el que
fué hecho prisionero en una fortaleza. Pero si uno
fuera hecho prisionero de improvisos mientras va de
marcha, ó lleva una carta, merece perdón.

§ 6.—Adriano resolvió por rescripto, que los mi-
litares remitidos por los bárbaros debían ser resti-
tuídos, si probaren que se evadieron hechos priso-
neros, y que no fueron transfugas; pero esto, aun-
que no pueda constar claramente, se ha de conocer,
sin embargo, por argumentos; y si antes fué esti-
mado como buen militar, es consiguiente que se dé
crédito á su afirmación; y si *emansor*, ó negligente
para sus cosas, ó perezoso, ó que vive fuera de su
alojamiento, no se le dará crédito.

§ 7.—Si volvió después de mucho tiempo el que
fué aprisionado por los enemigos, y constare que
fué aprisionado, no que fué transfuga, habrá de ser
restituido como veterano, y percibe los sueldos y
el premio.

§ 8.—El Divino Adriano resolvió por rescripto,
que al que fué transfuga, y después cogió á muchos
ladrones, y delató á transfugas, se le podía perdo-
nar, pero que al que promete estas cosas no se le
debía conceder nada.

6. EL MISMO; De las Cosas militares, libro III. —
Es delito de militar todo lo que se hace de otro modo
que como exige la disciplina común, por ejemplo,
el delito de pereza, ó de contumacia, ó de desidia.

§ 1.—El que puso manos en su jefe ha de ser
castigado con pena capital; pero se agrava el delito
de su atrevimiento por la dignidad del jefe.

§ 2.—Toda contumacia contra el general ó el pre-
sidente de los soldados ha de ser castigada con
pena capital.

§ 3.—El que en la batalla se dió primero á la fuga
á la vista de los soldados ha de ser castigado por
causa del ejemplo con pena capital.

§ 4.—Los exploradores, que hubieren comunica-
do cosas secretas á los enemigos, son traidores, y
sufren pena capital.

§ 5.—Mas también el soldado raso, que por mie-
do á los enemigos simuló enfermedad, está en el
mismo caso que aquéllos.

(4) praemium emeritum, *Vulg.*

§ 6.—Si quis commilitonem vulneravit, si quidem lapide, militia reicitur, si gladio, capital admittit (1).

§ 7.—Qui se vulneravit, vel alias mortem sibi conscivit, Imperator Hadrianus rescripsit, ut modus eius rei statutus sit, ut, si impatientia doloris, aut taedio vitae, aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluit, non animadvertatur in eum, sed ignominia mittatur; si nihil tale praetendat, capite puniatur. Per vinum, aut lasciviam lapsis capitalis poena remittenda est, et militiae mutatio irroganda.

§ 8.—Qui praepositum suum non protexit, quum posset, in pari causa factori habendus est; si resistere non potuit, parcendum ei.

§ 9.—Sed et in eos, qui Praefectum centuriae a latronibus circumventum deseruerunt, animadverti placuit.

7. TARRUNTENUS PATERNUS (2) libro II. de re militari.—Proditores, transfugae plerumque capite puniuntur, et exactorati torquentur; nam pro hoste, non pro milite habentur.

8. ULPIANUS libro VIII. Disputationum.—Qui status controversiam patiuntur, licet revera liberi sunt, non debent per id tempus nomen militiae dare, maxime lite ordinata, sive ex libertate in servitutem, sive contra petantur; nec hi quidem, qui ingenui bona fide serviunt; sed nec qui ab hostibus redempti sunt, priusquam se luant.

9. MARCIANUS (3) libro III. Institutionum.—Milites prohibentur praedia comparare in his provinciis, in quibus militant (4), praeterquam si paterna eorum fiscus distrahat; nam hanc speciem Severus et Antoninus remiserunt. Sed et stipendiis impletis emere permittuntur. Fisco autem vindicatur praedium illicite comparatum, si delatus fuerit; sed et si nondum delata causa stipendia impleta sint, vel missio contigerit, delationi locus non est.

§ 1.—Milites, si heredes extiterint, possidere ibi praedia non prohibentur.

10. PAULUS libro singulari regularum.—Qui excubias palatii deseruerit, capite punitur.

§ 1.—Sed ex causa desertionis restitutus in militiam non aliter medii temporis stipendium et donativa accipit, nisi hoc liberalitas principalis ei specialiter indulserit.

11. MARCIANUS libro II. Regularum.—Ab omni militia servi prohibentur, alioquin capite puniuntur.

12. MACER libro I. de re militari.—Officium regentis exercitum non tantum in danda, sed etiam in observanda disciplina consistit.

§ 1.—Paternus quoque scripsit, debere eum, qui se meminert armato praesesse, parcissime comeatum dare; equum militarem extra provinciam duci non permittere; ad opus privatum, piscatum,

§ 6.—Si alguno hirió á su camarada, si lo hirió con piedra, es echado de la milicia, y si con espada, sufre pena capital.

§ 7.—Respecto al que se hirió, ó de otro modo se procuró la muerte, resolvió por rescripto el Emperador Adriano, que se determine la circunstancia del caso, para que, si por no sufrir un dolor, ó por tedio de la vida, ó por enfermedad, ó por locura, ó por pudor prefirió morir, no se le castigue, sino que sea despedido con ignominia; si no alegara ninguna de estas cosas, sea castigado con pena capital. A los que por borrachera, ó por lascivia, cometieron este delito, se les ha de remitir la pena capital, y se les ha de imponer el cambio de milicia.

§ 8.—El que pudiendo no protegió á su gefe, ha de ser considerado en la misma condición que el delincuente; si no pudo resistir, se le ha de perdonar.

§ 9.—Pero se determinó que se aplicara castigo también á los que abandonaron al Prefecto de la centuria, que estaba rodeado de ladrones.

7. TARRUNTEÑO PATERNO; De las Cosas militares, libro II.—Los traidores, y los tráfugas son castigados de ordinario con pena capital, y degradados son atormentados; porque son considerados como enemigos, no como militares.

8. ULPIANO; Disputas, libro VIII.—Los que sufren controversia sobre su estado, aunque en realidad son libres, no deben durante este tiempo dar su nombre para la milicia, principalmente habiéndose contestado la demanda, ora sean reclamados de la libertad á la esclavitud, ora al contrario; tampoco los ingenuos, que de buena fe prestan servidumbre; pero ni los que fueron rescatados de los enemigos, antes que paguen su rescate.

9. MARCIANO; Instituta, libro III.—A los militares se les prohibe comprar predios en aquellas provincias en que militan, salvo si el fisco vendía los de los padres de ellos; porque Severo y Antonino dispensaron este caso. Pero también se les permite comprar cumplido su servicio. Mas es reivindicado para el fisco el predio comprado ilícitamente, si hubiere sido denunciado; pero si aun no delatada la causa se hubiera cumplido el servicio, ó hubiere llegado el licenciamiento, no ha lugar á la delación.

§ 1.—A los militares no se les prohibe, si hubieren quedado siendo herederos, que posean allí predios.

10. PAULO; Reglas, libro único.—El que hubiere desertado de las guardias de palacio es castigado con pena capital.

§ 1.—Pero el restituído á la milicia por causa de desertión no recibe el estipendio y los donativos del tiempo intermedio, sino si esto se lo hubiere concedido especialmente la liberalidad del Principe.

11. MARCIANO; Reglas, libro II.—Los esclavos están excluidos de toda milicia, y en caso de infracción son castigados con pena capital.

12. MACER; De las Cosas militares, libro I.—El cargo del que dirige un ejército consiste no sólo en prescribir, sino también en observar la disciplina.

§ 1.—Escribió también Paterno, que debía el que tuviera presente que estaba al frente de un cuerpo armado dar muy parcamente licencias; no permitir que caballo militar fuese llevado fuera de la provin-

(1) caput amittit, Hal.
(2) Macer, Hal.

(3) Macer, Hal.
(4) Vulg.; militiam, el código Fl.; militiam exercent, Hal.

venatum militem non mittere; nam in disciplina Augusti ita cavetur: «Etsi scio, fabrilibus operibus exerceri milites non esse alienum, vereor tamen, si quidquam permisero, quod in usum meum aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur, qui mihi sit tolerandus».

§ 2.—Officium tribunorum est, vel eorum, qui exercitui praesunt, milites in castris continere, ad exercitationem producere, claves portarum suscipere, vigiliis interdum circumire, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare, mensuram fraudem coercere, delicta secundum suae auctoritatis modum castigare, principiis frequenter interesse, querelas commilitonum audire, valetudinarios inspicere.

13. *IDEM libro II. de re militari.*—Milites agrum comparare prohibentur in ea provincia, in qua bellica opera peragunt, scilicet, ne studio culturae militia sua avocentur; et ideo domum comparare non prohibentur. Sed et agros in alia provincia comparare possunt. Ceterum in ea provincia, in qua propter proelii causam venerunt, ne sub alieno quidem nomine iis agrum comparare licet, alioquin fisco vindicabitur.

§ 1.—Is autem, qui contra disciplinam agrum comparaverit, si, nulla de ea re quaestione mota, missionem acceperit, inquietari prohibetur.

§ 2.—Illud constat, huius praescriptionis commodum ad eos, qui ignominiae causa missi sunt, non pertinere; quod praemii loco veteranis concessum intelligitur; et ideo et ad eum, qui causaria missus est, potest dici pertinere, quum huic quoque praemium praestatur.

§ 3.—Missionum generales causae sunt tres: honesta, causaria, ignominiosa. Honestae est, quae tempore militiae impleto datur; causaria, quum quis vitio animi, vel corporis minus idoneus militiae renuntiatur; ignominiosa causa est, quum quis propter delictum sacramento solvitur. Et is, qui ignominia missus est, neque Romae, neque in sacro comitatu agere potest; et si sine ignominiae mentione missi sunt, nihilominus ignominia missi intelliguntur.

§ 4.—Irreverens miles non tantum a tribuno, vel centurione, sed etiam a principali coercendus est; nam eum, qui centurioni, castigare se volenti, restiterit, veteres notaverunt; si vitem tenuit, militiam mutat; si ex industria fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur.

§ 5.—Eius fugam, qui, quum sub custodia vel in carcere esset, discesserit, in numero desertorum non computandam, Menander scripsit, quia custodiae refuga, non militiae desertor est. Eum tamen, qui carcere effracto fugerit, etiamsi ante non deseruerit, capite puniendum Paulus scripsit.

§ 6.—Desertorem, qui a patre suo fuerat oblatus, in deteriorem militiam Divus Pius dari iussit, ne videatur, inquit, pater ad supplicium obtulisse. Item Divus Severus et Antoninus eum, qui post quinquennium desertionis se obtulit, deportari iusserunt; quod exemplum et in ceteris sequi nos debere, Menander scripsit.

cia; no enviar al militar á trabajo privado, á pescar, ó á cazar; porque en la disciplina de Augusto se dispone así: «Aunque sé que no es cosa impropia que los militares se ejerciten en trabajos fabriles, temo, sin embargo, si permitiere alguna cosa, que se haga para mi uso ó para el tuyo, que no se emplee en esto moderación, que sea tolerable para mí».

§ 2.—Es cargo de los tribunos, ó de los que están al frente de un ejército, contener á los militares en los campamentos, sacarlos á ejercicios, encargarse de las llaves de las puertas, recorrer algunas veces las centinelas, intervenir en los aprovisionamientos de granos de los compañeros, probar los trigos, reprimir el fraude de los medidores, castigar los delitos en la medida de su autoridad, asistir con frecuencia á los tribunales militares, oír las quejas de sus camaradas, é inspeccionar á los valetudinarios.

13. *EL MISMO; De las Cosas militares, libro II.*—A los militares les está prohibido comprar campo en la provincia en que hacen operaciones de guerra, á saber, para que por su aplicación al cultivo no se distraigan de su milicia; y por lo tanto no se les prohíbe que compren casa. Mas pueden también comprar campos en otra provincia. Pero en la provincia, á que por causa de la guerra fueron, no les es lícito comprar campo ciertamente ni á nombre de otro, pues en otro caso será reivindicado para el fisco.

§ 1.—Mas se prohíbe que el que contra la disciplina hubiere comprado un campo sea molestado, si, no habiéndose promovido cuestión alguna sobre este particular, hubiere recibido su licencia.

§ 2.—Es sabido, que el beneficio de esta prescripción no les corresponde á los que fueron licenciados por causa de ignominia; porque se entiende que se les concedió á los veteranos en calidad de premio; y por esto se puede decir que le corresponde también al que fué licenciado por inválido, porque también á éste se le concede premio.

§ 3.—Tres son las causas generales de licencia: honrosa, por inválido, é ignominiosa. Honroso es, el que se da cumplido el tiempo de la milicia; por inválido, cuando uno es licenciado como no idóneo para la milicia por vicio del ánimo, ó del cuerpo; hay causa ignominiosa, cuando alguno es desligado por causa de delito de su juramento. Y el que fué licenciado con ignominia no puede vivir ni en Roma, ni en el sacro cortejo; y si fueron licenciados sin mención de ignominia, se entiende, sin embargo, que fueron licenciados con ignominia.

§ 4.—El militar irreverente ha de ser castigado no solamente por el tribuno, ó por el centurión, sino también por el principal; porque los antiguos tacharon al que resistiere al centurión que quiere castigarlo; si detuvo el sarmiento, cambia de milicia; si de intento lo rompió, ó puso mano en el centurión, es castigado con pena capital.

§ 5.—Escribió Menandro, que la fuga del que se fué estando bajo custodia ó en la cárcel no ha de ser contada en el número de las deserciones, porque es prófugo de la custodia, no desertor de la milicia. Mas escribió Paulo, que ha de ser castigado con pena capital el que hubiere huido habiendo quebrantado la cárcel, aunque antes no haya sido desertor.

§ 6.—El Divino Pio mandó que fuese destinado á milicia inferior el desertor que había sido presentado por su padre, para que no parezca, dice, que el padre lo presentó para el suplicio. Asimismo, el Divino Severo y Antonino dispusieron, que fuese deportado el que se presentó después de cinco años de deserción; cuyo ejemplo escribió Menandro que debíamos seguir nosotros también respecto á los demás.

14. PAULUS *libro singulari de Poenis militum.*— Qui commeatus spatium excessit, emansoris vel desertoris loco habendus est; habetur tamen ratio dierum, quibus tardius reversus est, item temporis, navigationis, vel itineris; et si se probet valetudine impeditum, vel a latronibus detentum, similive casu moram passum, dum non tardius a loco profectum se probet, quam ut occurrere posset intra commeatum, restituendus est.

§ 1.—Arma alienasse, grave crimen est, et ea culpa desertioni exaequatur; utique si tota alienavit; sed et si partem eorum, nisi quod interest. Nam si tibiale vel humerale alienavit, castigari verberibus debet, si vero loriam, scutum, galeam, gladium, desertori similis est. Tironi in hoc crimine facilius parceret, armorumque custodi plerumque ea culpa imputatur, si arma militi commisit non suo tempore.

15. PAPINIANUS *libro XIX. Responsorum.*— Ex causa desertionis notatus ac restitutus temporis, quod in desertione fuerit, impendiis expungitur; quodsi ratio constiterit, neque desertorem fuisse apparuerit, omnia stipendia citra temporis finem redduntur.

16. PAULUS *libro V. Sententiarum.*— Qui metu criminis, in quo iam reus fuerat postulatus, nomen militiae dedit, statim sacramento solvendus est.

§ 1.—Miles turbator pacis capite punitur.

TIT. XVII

DE CASTRENSI PECULIO [Cf. Cod. XII. 30. 36.]

1. ULPIANUS *libro XIV. ad Edictum.*— Filiifamilias militis si peculium apud patrem remansit, sine testamento filio defuncto pater ipsi heres non fit; sed tamen heres iis fiet, quibus filius fuit.

2. IDEM *libro LXVII. ad Edictum.*— Si filiusfamilias miles decesserit, si quidem intestatus, bona eius non quasi hereditas, sed quasi peculium patri deferuntur, si autem testamento facto, hic pro hereditate habetur castrense peculium.

3. IDEM *libro VIII. ad legem Iuliam et Papiam.*— Si mulier filio viri militi ad castrenses vel militares forte res comparandas reliquerit pecuniam, utique castrensi peculio ea, quae comparantur, adnumerari incipiunt.

4. TERTULLIANUS *libro singulari de castrensi peculio.*— Miles praecipua habere debet, quae tulit secum in castra concedente patre.

§ 1.—Actionem persecutionemque castrensium rerum semper filius, etiam invito patre, habet.

§ 2.—Si paterfamilias militiae tempore, vel post missionem arrogandum se praeberit, videndum erit, ne huic quoque permissa intelligatur earum rerum administratio, quas ante arrogationem in

14. PAULO; *De las Penas de los militares, libro único.*— El que se excedió del tiempo de su licencia ha de ser considerado como *emansor* ó desertor; pero se ha de tener cuenta de los días que volvió más tarde, y también del tiempo, de la navegación, ó del camino; y si se probara que estuvo impedido por enfermedad, ó detenido por ladrones, ó que por accidente semejante sufrió la demora, debe ser restituido, con tal que no se pruebe que partió del lugar más tarde de lo que podría para llegar dentro del tiempo de la licencia.

§ 1.—Es grave delito haber enajenado las armas, y esta culpa se equipara á la de la desertión; ciertamente, si las enajenó todas; pero también si parte de ellas, pero por lo que importa. Porque si enajenó el tibial ó el humeral, debe ser castigado con azotes, pero si la loriga, el escudo, el yelmo, la espada, es semejante á un desertor. Al bisoño se le perdona con más facilidad este delito, y las más de las veces se le imputa esta culpa al guarda de las armas, si fuera de tiempo le confió las armas al militar.

15. PAPINIANO; *Respuestas, libro XIX.*— El que fué tachado por causa de desertión y restituido es excluido de los estipendios del tiempo que hubiere sido desertor; pero si constare la razón, y no apreciarse que fué desertor, se le dan todos los estipendios sin limitación de tiempo.

16. PAULO; *Sentencias, libro V.*— El que por temor al delito, de que ya había sido acusado reo, dió su nombre para la milicia, ha de ser desligado inmediatamente del juramento.

§ 1.—El militar que turba la paz es castigado con pena capital.

TÍTULO XVII

DEL PECULIO CASTRENSE [Véase Cód. XII. 30. 36.]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XIV.*— Si el peculio del hijo de familia, militar, quedó en poder de su padre, habiendo fallecido el hijo sin testamento el padre no se hace heredero del mismo; pero se hará, sin embargo, heredero de aquellos de quienes el hijo lo fué.

2. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro LXVII.*— Si hubiere fallecido un hijo de familia, militar, si intestado, sus bienes se le defieren al padre no como herencia, sino como peculio, pero si habiendo hecho testamento, en este caso el peculio castrense es considerado como herencia.

3. EL MISMO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro VIII.*— Si la mujer le hubiere dejado dinero á un hijo militar de su marido para comprar acaso cosas castrenses ó militares, ciertamente que comienzan á contarse en el peculio castrense las cosas que se compran.

4. TERTULIANO; *Del peculio castrense, libro único.*— El militar debe tener suyo propio lo que concediéndoselo su padre llevó consigo al campamento.

§ 1.—El hijo tiene siempre, aun contra la voluntad de su padre, acción y persecución sobre los bienes castrenses.

§ 2.—Si un padre de familia se hubiere dado en arrogación durante el tiempo de su milicia, ó después de su licenciamiento, se habrá de ver si también á este se entenderá permitida la administra-

castris adquisierit, quamvis Constitutiones principales de his loquantur, qui ab initio, quum essent filiofamilias, militaverint; quod admittendum est.

5. **ULPIANUS libro VI. ad Sabinum.**—Miles filiofamilias a commilitone, vel ab eo, quem per militiam cognovit, heres institutus et citra iussum patris suo arbitrio recte pro herede geret.

6. **IDEM libro XXXII. ad Sabinum.**—Si militiofamilias uxor servum manumittendi causa donaverit, an suum libertum fecerit, videamus, quia peculiares et servos, et libertos potuit habere. Et magis est, ut hoc castrensi peculio non adnumeretur, quia uxor ei non propter militiam nota esset. Plane si mihi proponas, ad castra eunti marito uxorem servos donasse, ut manumittat, et habiles ad militiam libertos habeat, potest dici, sua voluntate sine patris permissu manumittentem ad libertatem perducere.

7. **IDEM libro XXXIII. ad Edictum.**—Si castrense peculium maritus habeat, in quantum facere potest, condemnabitur, quia etiam non castrensibus creditoribus ex eo peculio magis est, eum cogi respondere (1).

8. **IDEM libro XLV. ad Edictum.**—Si forte uxor, vel cognatus, vel quis alius non ex castris notus filiofamilias donaverit quid, vel legaverit, et expresserit nominatim, ut in castrensi peculio habeat, an possit castrensi peculio aggregari? Et non puto; veritatem enim spectamus, an vero (2) castrensis notitia vel affectio fuit, non quod quis finxit.

9. **IDEM libro IV. Disputationum.**—Proponebatur filiofamilias miles testamento facto extraneum heredem scripsisse, patre deinde superstitie decessisse; pater deliberante herede instituto et ipse diem functus, deinde heres institutus repudiasset hereditatem; quaerebatur, ad quem castrense peculium pertineret. Dicebam, castrense peculium filiofamilias, si quidem testatus decessit, quasi hereditatem deferri heredi scripto, sive extraneum scripsit heredem, sive patrem. Sed quum nihil de peculio decernit (3) filius, non nunc obvenisse patri, sed non esse ab eo profectum creditur. Denique si servo filii castrensi libertatem pater adcriperit, moxque filius vivo patre defunctus sit, non impeditur libertas, quum, si filius patri supervixerit, impediatur libertas. Unde Marcellus putat, necessarium quoque heredem servum filii peculiarem patri existere posse, si filio pater supervixerit. Idem referebam, et si rem peculiarem filii pater legaverit; nam eodem casu, quo libertatem competere diximus, legatum quoque vel debetur, vel impeditur. Quibus ita praemissis et in proposito dicebam, quum heres non adiit hereditatem, retro peculium patris bonis accessisse; unde posse dici, etiam aucta patris bona per hanc repudiationem; nec est novum, ut ex postfacto aliquis successorem habuisse videatur. Nam et si filius eius, qui ab ho-

ción de aquellos bienes, que en los campamentos hubiere adquirido antes de la arrogación, aunque las Constituciones de los principes hablen de los que desde el principio hubieren sido militares, siendo hijos de familia; lo que se ha de admitir.

5. **ULPIANO; Comentarlos á Sabino, libro VI.**—El militar, hijo de familia, instituido heredero por un compañero, ó por aquel á quien conoció con ocasión de la milicia, puede administrar con derecho como heredero á su arbitrio aun sin orden de su padre.

6. **EL MISMO; Comentarlos á Sabino, libro XXXII.**—Si la mujer le hubiere donado al hijo de familia, militar, un esclavo para que lo manumitiera, veámos si lo hará liberto suyo, porque pudo tener esclavos y libertos en el peculio. Y es más cierto que esto no se cuenta en el peculio castrense, porque su mujer no le fué conocida con ocasión de la milicia. Pero si me expusieras que la mujer le donó á su marido, al ir al campamento, esclavos para que los manumitiera, y tuviese libertos hábiles para la milicia, se puede decir que da la libertad manumitiendo por su voluntad sin permiso de su padre.

7. **EL MISMO; Comentarlos al Edicto, libro XXXIII.**—Si el marido tuviera peculio castrense, será condenado á cuanto puede pagar, porque es más cierto que él es obligado á responder con este peculio aun á los acreedores no castrenses.

8. **EL MISMO; Comentarlos al Edicto, libro XLV.**—Si acaso la mujer, ó un cognado, ú otro cualquiera no conocido con ocasión de la milicia le hubiere donado, ó legado, alguna cosa á un hijo de familia, ó hubiere expresado determinadamente que la tenga en su peculio castrense, podrá ser agregada al peculio castrense? Y no lo creo; porque atendemos á la verdad, sobre si el conocimiento ó el afecto fué castrense, no á lo que alguno fingió.

9. **EL MISMO; Disputas, libro IV.**—Se exponía que un hijo de familia, militar, habiendo hecho testamento instituyó heredero á un extraño, y que después falleció sobreviviéndole su padre; el mismo padre falleció también mientras deliberaba el heredero instituido, y luego el heredero instituido repudió la herencia; se preguntaba, á quién le pertenecía el peculio castrense. Yo decía, que el peculio castrense del hijo de familia, si verdaderamente falleció habiendo testado, se le defería como herencia al heredero instituido, ya si instituyó heredero á un extraño, ya si á su padre. Pero no disponiendo nada el hijo sobre el peculio, no se cree en este caso que haya ido á poder del padre, sino que no provino de él. Finalmente, si el padre le hubiere asignado la libertad á un esclavo del peculio castrense del hijo, y después hubiera fallecido el hijo viviendo el padre, no se impide la libertad, porque si el hijo hubiere sobrevivido al padre, se impediría la libertad. Por lo cual opina Marcelo, que el esclavo del peculio del hijo puede ser también heredero necesario del padre, si el padre hubiere sobrevivido al hijo. Lo mismo decía yo, también si el padre hubiere legado una cosa del peculio del hijo; porque en el mismo caso en que decimos que compete la libertad se deberá también, ó se impedirá, un legado. Esto así sentado, yo decía también en el caso pro-

(1) reddere, *Hal.*
(2) vera, *Hgl.*

(3) dixerit, *Vulg.*

stibus captus est, decesserit patre captivo vivo, si quidem pater regrederetur, quasi filiusfamilias peculium haberet (1); enimvero si ibidem pater decesserit, quasi paterfamilias legitimum habebit successorem, et retro habuisse creditur eius successor ea quoque, quae medio tempore filius iste quaesivit, nec heredi patris, sed ipsi filio quaesita videbuntur.

10. POMPONIUS *libro singulari Regularum*. — Ex nota Marcelli constat, nec patribus aliquid ex castrensibus bonis filiorum deberi.

11. MACER (2) *libro II. de re militari*. — Castrense peculium est, quod a parentibus vel cognatis in militia agenti donatum est, vel quod ipse filiusfamilias in militia acquisivit, quod, nisi militaret, acquisiturus non fuisset; nam quod erat et sine militia acquisiturus, id peculium eius castrense non est.

12. PAPINIANUS *libro XIV. Quaestionum*. — Pater, qui dat in adoptionem filium militem, peculium ei auferre non potest, quod semel iure militiae filius tenuit; qua ratione nec emancipando filium, peculium ei aufert, quod nec in familia retento potest auferre.

13. IDEM *libro XVI. Quaestionum*. — Divus Hadrianus rescripsit in eo, quem militantem uxor heredem instituerat, filium extitisse heredem, et ab eo servos hereditarios manumissos proprios eius libertos fieri.

14. IDEM *libro XXVII. Quaestionum*. — Filiusfamilias miles si captus apud hostes vita fungatur, lex Cornelia subveniet scriptis (3) heredibus; quibus cessantibus iure pristino peculium pater habebit.

§ 1.—Proxima species videtur, ut scriptis heredibus deliberantibus, quod servus interim stipulatus est, vel ab alio sibi traditum accepit, quod quidem ad patris personam attinet, si forte peculium apud eum resederit, nullius momenti videatur, quum in illo tempore non fuerit servus patris; quod autem ad scriptos heredes, in suspenso fuisse traditio itemque stipulatio intelligatur; ut enim hereditarius fuisse credatur, post aditam fit hereditatem. Sed paterna verecundia nos movet, quatenus et in illa specie, ubi iure pristino apud patrem peculium remanet, etiam acquisitio stipulationis, vel rei traditae per servum fiat.

§ 2.—Legatum, quod ei servo relictum est, quamvis tunc propter incertum nulli sit acquisitum, omisso testamento, patri tunc primum per servum acquiratur, quum, si fuisset exemplo hereditatis

puesto, que, cuando el heredero no adió la herencia, el peculio se agregó retroactivamente á los bienes del padre; por lo cual se puede decir, que también los bienes del padre se aumentaron con esta repudiación; y no es nuevo, que en virtud de un hecho posterior se considere que uno tuvo sucesor. Porque también si el hijo del que fué aprisionado por los enemigos hubiere fallecido viviendo su padre cautivo, si verdaderamente regresara su padre, tendría el peculio como hijo de familia, porque si el padre hubiere fallecido allí, tendrá sucesor legítimo como padre de familia, y se cree que su sucesor tuvo retroactivamente también lo que este hijo adquirió en el tiempo intermedio, y no se considerará adquirido para el heredero del padre sino para el mismo hijo.

10. POMPONIO; *Reglas, libro único*. — Consta por una nota de Marcellus, que á los padres no se les debe cosa alguna de los bienes castrenses de los hijos.

11. MACER; *De las Cosas militares, libro II*. — Es peculio castrense el que por los padres ó los cognados fué donado al que vive en la milicia, ó el que el mismo hijo de familia adquirió en la milicia, que no había de haber adquirido, si no fuera militar; porque el que había de haber adquirido aun sin estar en la milicia no es peculio castrense suyo.

12. PAPINIANO; *Cuestiones, libro XIV*. — El padre, que da en adopción un hijo militar, no puede quitarle el peculio, que ya una vez tuvo el hijo por derecho de milicia; por cuya razón ni aun emancipando al hijo le quita el peculio, que tampoco habiéndolo retenido en la familia puede quitarle.

13. EL MISMO; *Cuestiones, libro XVI*. — El Divino Adriano resolvió por rescripto respecto al que siendo militar lo había instituido heredero su mujer, que el hijo quedó heredero, y que los esclavos de la herencia manumitidos por él se hacían libertos propios de él.

14. EL MISMO; *Cuestiones, libro XXVII*. — Si hecho prisionero el hijo de familia, militar, falleciera en poder de los enemigos, la ley Cornelia socorrerá á los herederos instituidos; y no existiendo éstos tendrá el padre el peculio por el antiguo derecho.

§ 1.—Parece que es un caso análogo aquel en que, deliberando los herederos instituidos, lo que entretanto estipuló el esclavo, ó recibió entregado á él por otro, es considerado de ningún valor por lo que ciertamente atañe á la persona del padre, si acaso el peculio hubiere quedado en su poder, por cuanto en aquel tiempo el esclavo no había sido del padre; mas en cuanto á los herederos instituidos, se entiende que quedaron en suspenso la entrega y también la estipulación; porque para que se crea que el esclavo fué de la herencia, se hace tal después de adida la herencia. Pero el respeto debido al padre nos mueve á que también en aquel caso, en que el peculio permaneció en poder del padre por el antiguo derecho, se haga también por medio del esclavo la adquisición de la estipulación, ó de la cosa entregada.

§ 2.—Aunque el legado que se le dejó á este esclavo no se haya adquirido entonces para nadie por razón de la incertidumbre, si se prescindió del testamento, se adquirió por medio del esclavo para el

(1) habebit, Hal.

(2) Idem, Hal. Vulg.

(3) Taur. según corrección del códice Fl., en el que se lee

subvenit et scriptis, Br.; subveniet scriptis, la escritura original.

peculio acquisitum, ius patris hodie non consideraretur.

15. *IDEM libro XXXV. Quaestionum.*—Pater milite (1) filio reverso, quod donat, castrensis peculii non facit, sed alterius peculii, perinde ac si filius nunquam militasset.

§ 1.—Si stipulanti filio spondeat, si quidem ex causa peculii castrensis, tenebit stipulatio; ceterum ex qualibet alia causa non tenebit.

§ 2.—Si pater a filio stipulatur, eadem distinctio servabitur.

§ 3.—Servus peculii, quod ad filium spectat, ab extero si stipuletur, aut per traditionem accipiat, sine distinctione causarum res ad filium pertinet; non enim ut filius duplex ius sustinet, patris et filifamilias, ita servus, qui peculii castrensis est, quique nullo iure, quamdiu filius vivit, patri subiectus est, aliquid acquirere simpliciter stipulando, vel accipiendo patri potest. Quae ratio suadet, ut, si ab ipso patre servus, qui ad filium pertinet, stipuletur ex quacunque causa, vel traditum accipiat, sic acquiratur filio res et stipulatio, quemadmodum si exter (2) promisisset, quoniam persona stipulantis et accipientis ea est, ut sine differentia causarum, quod rerum (3) agitur, emolumentum filii spectet.

§ 4.—Si servi pater usumfructum amiserit, cuius proprietatem in castrensi peculio filius habebat, plenam proprietatem habebit filius.

16. *IDEM libro XIX. Responsorum.*—Dotem filiofamilias datam vel promissam in peculio castrensi non esse, respondi. Nec ea res contraria videbitur ei, quod Divi Hadriani temporibus filiumfamilias militem uxori heredem extitisse placuit, et hereditatem in castrense peculium habuisse; nam hereditas adventicio iure quaeritur, dos autem matrimonio cohaerens oneribus eius ac liberis communibus, qui sunt in avi familia, confertur.

§ 1.—Hereditatem castrensi peculio non videri quaesitam respondi, quam frater patruelis in alia provincia stipendia merens fratri patrueli, cum quo nunquam militavit, reliquit; sanguinis etenim ratio, non militiae causa meritum hereditatis accipiendae praebuerat.

17. *IDEM libro II. Definitionum.*—Pater, qui castrense peculium intestati filii retinebit, aes alienum intra modum eius, et annum utilem iure Praetorio solvere cogitur. Idem, si testamento scriptus heres extiterit, perpetuo civiliter, ut heres, convenietur.

§ 1.—Pater a filio milite, vel qui militavit, heres institutus testamenti causam omisit, et castrense peculium possidet; legitimi heredis exemplo cogitur ad finem peculii perpetuo legata praestare. Quodsi filius post annum, quam militare desierat, iure communi testamento facto vita decessit, ratione Falcidiae retinebitur quarta; ceterum si testa-

padre inmediatamente, porque, si á la manera de la herencia se hubiese adquirido para el peculio, no se consideraría hoy el derecho del padre.

15. *EL MISMO; Cuestiones, libro XXXV.*—Lo que el padre le dona al hijo militar, que volvió de la milicia, no lo hace del peculio castrense, sino de otro peculio, lo mismo que si el hijo nunca hubiese sido militar.

§ 1.—Si prometiera al hijo que estipulaba, si verdaderamente por causa del peculio castrense, valdrá la estipulación; pero por otra cualquiera causa, no valdrá.

§ 2.—La misma distinción se observará, si el padre estipulaba del hijo.

§ 3.—Si el esclavo de un peculio, que le pertenece al hijo, estipulara de un extraño, ó recibiera por tradición, la cosa le pertenecerá al hijo sin distinción de causas; porque así como el hijo representa doble derecho de padre y de hijo de familia, el esclavo que es del peculio castrense, y que mientras vive el hijo no está sujeto por ningún derecho al padre, no puede adquirir para el padre cosa alguna estipulando simplemente ó recibéndola. Esta razón persuade de que si del mismo padre estipulara por alguna causa el esclavo que pertenece al hijo, ó recibiera lo entregado, se adquirieran para el hijo la cosa y la estipulación, á la manera que si un extraño hubiese prometido, porque la persona del estipulante y del que recibe es tal, que, sin diferencia de causas, lo que á las cosas se refiere corresponde á provecho del hijo.

§ 4.—Si el padre hubiere perdido el usufructo de un esclavo, cuya propiedad tenía el hijo en su peculio castrense, tendrá el hijo la plena propiedad.

16. *EL MISMO; Respuestas, libro XIX.*—Respondí, que la dote dada ó prometida al hijo de familia no estaba en su peculio castrense. Y no parecerá que esto es contrario á lo que se determinó en tiempos del Divino Adriano, que el hijo de familia, militar, quedaba heredero de su mujer, y tenía la herencia en su peculio castrense; porque la herencia se adquiere por derecho adventicio, pero la dote inherente al matrimonio se lleva á colación á las cargas de aquél y á los hijos comunes, que están en la familia del abuelo.

§ 1.—Respondí, que no se consideraba adquirida para el peculio castrense la herencia que el primo hermano que militaba en una provincia dejó á un primo hermano con quien nunca fué militar; porque una razón de consanguinidad, no la causa de la milicia, había dado mérito para que se recibiera la herencia.

17. *EL MISMO; Definiciones, libro II.*—El padre, que retuviere el peculio castrense de un hijo intestado, es obligado por el derecho pretorio á pagar las deudas dentro de la cuantía del mismo, y de un año útil. El mismo, si hubiere quedado instituido heredero en testamento, será demandado siempre civilmente, como heredero.

§ 1.—Un padre, instituido heredero por su hijo militar, ó que fué militar, prescindió de la causa del testamento, y posee el peculio castrense; será obligado á la manera que un heredero legítimo á pagar siempre los legados hasta la concurrencia del peculio. Pero si después de un año que había dejado de ser militar el hijo falleció habiendo hecho

(1) militi, *Vulg.*

(2) extero, *Ital. Vulg.*

(3) per eum, *al margen interior del códice Fl.*

menti causam pater omisit, quum peculium creditoribus solvendo non esset, nihil dolo videbitur fecisse, quamvis temporis incurrat compendium.

18. MARCIANUS (1) *libro I. Fideicommissorum*.—Ex castrensi peculio servus a patre heres institui (2) potest, et filium necessarium heredem patri facit.

§ 1.—Et in summa ea res, hi (3) actus patris, qui ad praesens alienationem alicuius iuris de castrensi peculio praestant, impediuntur; hi vero, qui non statim quidem, sed postea efficere solent, eo tempore animadvertentur, quo habere effectum consuerunt, ut, si sit filius (4), cui auferatur, nihil agatur, si ante decesserit, actus patris non impediatur.

§ 2.—Itaque negabimus patrem, filio salvo communi dividendo agentem proprietatem alienatum, exemplo dotalis praedii. Sed nec si socius ultro cum eo agat, quidquam agetur, veluti si cum eo ageret (5), cui bonis interdictum est.

§ 3.—Servos ex eo peculio usufructu, item praedia tam usufructu, quam ceteris servitutibus pater liberare poterit; sed et servitutes, his acquirere (6); id enim et eum, cui bonis interdictum est, verum est consequi posse. Neque autem servis ex eo peculio, neque praediis usufructum vel servitute imponere pater potest.

§ 4.—Si quando ex eo peculio filius (7) rem alienam bona fide tenebit, an pater eius in rem, vel ad exhibendum actionem pati debeat, ut ceterorum filiorum (8) nomine, quaeritur; sed verius est, quum hoc peculium a patris bonis separetur, defensionis necessitatem patri non imponendam.

§ 5.—Sed nec cogendus est pater, (9) aes alienum, quod filius peculii nomine, quod in castris acquisit, fecisse (10) dicetur, de peculio actionem pati. Et si sponte patiat, ut quilibet defensor satisdato filium in solidum, non peculio tenus defendere debeat. Sed et eius filii nomine non aliter movere actiones potest, quam si satisdederit, eum ratam rem habiturum.

19. TRYPHONINUS *libro XVIII. (11) Disputatorium*.—De hereditate ab agnato commilitone data Scaevola noster dubitabat, quia potuit et ante notus, et amicus dare, potuit et non dare, nisi commilitum caritatem auxisset; nobis ita videtur, si ante commilitium factum sit testamentum, non esse peculii castrensis eam hereditatem, si postea, contra.

§ 1.—Sed si servus peculii castrensis a quocunque sit heres scriptus, iussu militis adire debet hereditatem, eaque fiet bonorum castrensis peculii.

testamento por derecho común, se retendrá la cuarta por razón de la ley Falcidia; mas si el padre prescindió de la causa del testamento, no siendo el peculio bastante para pagar á los acreedores, no se considerará que hizo cosa alguna con dolo, aunque transcurra un breve espacio de tiempo.

18. MECIANO; *Fideicomisos, libro I*.—Un esclavo del peculio castrense puede ser instituido heredero por el padre, y hace al hijo heredero necesario del padre.

§ 1.—Y en suma, se impiden las cosas, y los actos del padre, que al presente importan la enajenación de algún derecho del peculio castrense; pero los actos que no suelen hacer esto inmediatamente, sino después, serán reprimidos al tiempo en que fué costumbre que tuvieran efecto, de suerte que, si existiera el hijo á quien se le quita, sea nulo lo hecho, y, si hubiere fallecido antes, no se impida el acto del padre.

§ 2.—Y así negaremos que el padre, que ejercita la acción de división de cosa común viviendo el hijo, pueda enajenar la propiedad, á la manera que un predio dotal. Pero tampoco si un consocio ejercitara contra él voluntariamente la acción, no se hará cosa alguna, como si la ejercitara contra aquel á quien se le puso interdicción en los bienes.

§ 3.—El padre podrá librar del usufructo á los esclavos de este peculio, y también á los predios, tanto del usufructo, como de las demás servidumbres; pero también adquirir servidumbres para estos; porque es verdad que puede conseguir esto también aquel á quien se le puso interdicción en sus bienes. Mas el padre no puede imponerles usufructo ó servidumbre á los esclavos de este peculio, ni á los predios.

§ 4.—Se pregunta, si cuando en este peculio el hijo tuviere de buena fe una cosa ajena, debería soportar su padre la acción real, ó la de exhibición, como respecto á los demás hijos; pero es más verdadero, que cuando este peculio se separa de los bienes del padre, no se le ha de imponer al padre la necesidad de la defensa.

§ 5.—Pero tampoco ha de ser obligado el padre á soportar la acción de peculio por razón de deuda, que se dijere que hizo el hijo á nombre del peculio, que adquirió en los campamentos. Y si espontáneamente la soportare, deberá como cualquier defensor, habiendo prestado caución, defender al hijo por la totalidad, no hasta la concurrencia del peculio. Pero tampoco en nombre de su hijo puede promover acciones de otro modo, sino si hubiere dado fianza de que aquel ratificará el negocio.

19. TRIFONINO; *Disputas, libro XVIII*.—Nuestro Scévola dudaba en cuanto á la herencia dada por un militar agnado, porque pudo dársela, y pudo no dársela, antes como amigo y conocido, á no ser que el haber sido camarada le hubiese aumentado el cariño; á nosotros nos parece, que si el testamento hubiera sido hecho antes de ser camarada, esta herencia no era del peculio castrense, y al contrario, si después.

§ 1.—Pero si un esclavo del peculio castrense hubiera sido instituido heredero por cualquiera, deberá adir la herencia por orden del militar, y aquélla se hará de los bienes del peculio castrense.

(1) Martianus, *Hal. Vulg.*

(2) non, *inserta Hal. Vulg.*

(3) eius rei por ea res, hi, *Vulg.*

(4) filiusfamilias, *Vulg.*

(5) agetur, *Vulg.*

(6) potest, *inserta Vulg.*

(7) Véase la nota 7.

(8) filiorum, *considerase añadida por antiguos copistas.*

(9) propter, *inserta Vulg.*

(10) contraxisse, *Vulg.*

(11) IX., *Hal.*

§ 2.—Filiusfamilias paganus de peculio castrensi fecit testamentum, et dum ignorat, patri se suum heredem exitisse, decessit; non potest videri pro castransibus bonis testatus, pro paternis intestatus decessisse, quamvis id in milite etiam nunc rescriptum sit, quia miles ab initio pro parte testatus, pro parte intestatus potuerat mori; quod ius iste non habuerit, non magis, quam (1) sine observatione legum facere (2) testamentum. Necessario ergo castransis peculii heres scriptus universa bona habebit, perinde ac si pauperrimus facto testamento decessisset, ignorans se locupletatum per servos alio loco agentes.

§ 3.—Pater peculii castrensis filii servum testamentum liberum esse iussit; intestato defuncto filiofamilias, mox patre, quaeritur, an libertas servo competat; occurrebat enim, non posse dominium apud duos pro solido fuisse; denique filium posse manumittere talis peculii servum, Hadrianus constituit. Et si testamento tam filii, quam patris idem servus accepisset libertatem, et utriusque pariter decessissent, non dubitaretur, ex testamento filii liberum eum esse. Sed in superiore casu pro libertate a patre data illa dici possunt, numquid, quoad (3) utatur iure concessio filius in castrensi peculio, eoque ius patris cessaverit; quod si intestatus decesserit filius, postliminii cuiusdam similitudine pater antiquo iure habeat peculium, retroque videatur habuisse rerum dominia.

§ 4.—Non tamen, (si) ut heres vivo filio vindictam servo imposuit, dicatur, eum post mortem intestati filii ex illa manumissione liberum factum esse.

§ 5.—Quid autem, si testamentum fecerit filius, et non sit eius adita hereditas? Non tam facile est dicere, continuatum patri post mortem filii rerum peculii dominium, quum medium tempus, quo deliberant instituti heredes, imaginem successioni praestiterit; alioquin etsi adita sit ab instituto hereditas filii, dicatur, a patre ad eum transiisse proprietatem. Quod absurdum est, si (4) in pendenti, ut in aliis, et in hac specie habeamus dominia, ut ex facto (5) retro fuisse, aut non fuisse patris credamus. Secundum quod difficile erit expedire, si, dum deliberant heredes, dies cesserit legati servo dati istius peculii, testamento eius, ex quo pater nihil capere potuisset, an id ad ipsum pertineat, quum utique ad heredem filii pertineret. Facilius tamen de libertate servi deliberatio est in specie, in qua intestatus filius decessisse proponitur; non est ergo ratio respondendi, competere libertatem eo tempore datam, quo non fuit in dominio patris; favorabilem tamen sententiam contrariam in utroque casu non negamus.

20. PAULUS libro singulari ad Regulam Catonianam.—Sed si ponas, filium testamentum fecisse, et patrem heredem instituisse, quum utique pater te-

(1) si, inserta Hal. Vulg.
(2) faceret, Hal. Vulg.
(3) Hal. Vulg.; quod ad, et codice Fl.

§ 2.—Un hijo de familia paisano hizo testamento de su peculio castrense, é ignorando que él había quedado siendo heredero suyo de su padre falleció; no se puede considerar que falleció habiendo testado de sus bienes castranses, é intestado respecto á los paternos, aunque esto se haya resuelto por rescripto aun ahora en cuanto al militar, porque el militar habia podido desde el principio morir en parte testado, y en parte intestado; cuyo derecho no habrá tenido éste, como tampoco el de hacer testamento sin la observancia de las leyes. Luego necesariamente el instituido heredero del peculio castranses tendrá todos los bienes, lo mismo que si siendo muy pobre hubiese fallecido habiendo hecho testamento, ignorando que él se había enriquecido por medio de esclavos que administraban en otro lugar.

§ 3.—Un padre dispuso en su testamento que fuese libre un esclavo del peculio castranses de su hijo; habiendo fallecido intestado el hijo de familia, y después el padre, se pregunta, si le competirá la libertad al esclavo; porque ocurría que no podía estar en dos íntegro el dominio; y finalmente constituyó el Divino Adriano, que el hijo pudiese manumitir al esclavo de tal peculio. Y si en el testamento tanto del hijo como del padre hubiese el mismo esclavo recibido la libertad, y ambos hubiesen fallecido al mismo tiempo, no se dudaría que él sería libre en virtud del testamento del hijo. Pero en el caso anterior, respecto á la libertad dada por el padre, se puede decir, que acaso cesa el derecho del padre en tanto cuanto el hijo usa del derecho concedido sobre el peculio castranses; pero si el hijo hubiere fallecido intestado, el padre tiene por semejanza de cierto postliminio conforme al antiguo derecho el peculio, y se considera que tuvo retroactivamente el dominio de las cosas.

§ 4.—Mas no se diga, si como heredero le dió por vindicta la libertad al esclavo viviendo el hijo, que él se hizo libre por virtud de aquella manumisión después de la muerte del hijo intestado.

§ 5.—¿Mas qué se dirá, si el hijo hubiere hecho testamento, y no hubiera sido adida su herencia? No es tan fácil decir que se continuó para el padre después de la muerte del hijo el dominio de los bienes del peculio, porque el tiempo intermedio, en que deliberan los herederos instituidos, da aspecto á la sucesión; de otra suerte, aunque haya sido adida la herencia del hijo por el instituido, se dirá que del padre pasó á él la propiedad. Lo que es absurdo, si también en este caso tuviéramos, como en los otros, en suspenso el dominio, de suerte que creamos que por lo hecho antes fué ó no fué del padre. Según lo cual difícil será decidir, si, mientras deliberan los herederos, correrá el término del legado dado al esclavo de este peculio, en el testamento de aquel de quien el padre no habria podido adquirir nada, ó si él le pertenecerá al mismo, porque ciertamente le pertenecerá al heredero del hijo. Pero más fácil es la deliberación respecto á la libertad del esclavo en el caso en que se expone que el hijo falleció intestado; luego no hay razón para responder que compete la libertad dada al tiempo en que no estuvo en el dominio del padre; pero no negamos que en uno y otro caso es favorable la opinión contraria.

20. PAULO; Comentarios á la regla Catoniana, libro unico.—Pero si supusieras que el hijo hizo testamento; y que instituyó heredero al padre, cuando

(4) nisi, Hal. Vulg.
(5) postfacto, Hal.